



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte,  
Societatis Jesu**

**Lamparter, Heinrich**

**Jngolstadii, 1662**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43978**

















Venerabilis P. Ludovicus de Ponte  
Soc. Iesu Vallisoletanus obiit magna cū  
opinione Sanctitatis Vallisoleti in Collegio  
S. Ambrosij decimo sexto Februarij Anno M. DC.  
XXIV. Aetatis sua Septuagesimo.

B. Kilian sculp.

VITA  
ET  
VIRTUTES  
VENERABILIS PA-  
TRIS LUDOVICI DE  
PONTE, SOCIETATIS  
JESU,  
*SCRIPTA*  
A P. HENRICO LAMPARTER  
SOCIETATIS EIVSDEM.  
AD  
*ADMODVM REVE-  
REN'DVM PATREM*  
GOSVINUM  
NICKEL,  
SOCIETATIS IESV PRÆ-  
POSITVM GENERALEM.  
INNGOLSTADII.  
Typis GEORGII HÄNLINI  
ANNO M. DC. LXII.  
Collegii Paderbornae  
Socii JESV

FACVLTAS R. P. VISITAT  
TORIS, & VICE PRÆPOSITI  
SUPERIORIS GERMA-  
NIAE.

Ego Christophorus Schorner, So-  
cietatis FESV, per Superiorem  
Germaniam Visitator, & Vice-  
Præpositus Provincialis, factam mi-  
hi potestate ab admodum Reverendo  
P. Joanne Paulo Oliva, Vicario  
Generali, vitam P. LUDOVICI de  
PONTE, conscriptam à P. Henrico  
Lamparter, eiusdem Societatis, &  
à Patribus ad id deputatis censam,  
probatamque typis vulgari per-  
mitto. In cuius rei fidem hoc ei  
testimonium manu, sigilloq; nostro  
munitum dedimus. Ingolstadij  
7. Aprilis Anno 1662.

Christophorus Schorner.



**ADMODVM R.P. IN  
CHRISTO, PATRI NOSTRO**

# **G O S V I N O NICKEL,**

**SOCIETATIS IESV PRÆ-  
POSITO GENERALI.**

**R**odijt nuper in lucē,  
sine nomine, non ta-  
men sine vestigijs un-  
gularū Authoris, De-  
fensio Valeriani Magni contra  
Societatem, à qua, tametsi gra-  
vissimè læsâ, ille nunquam est  
impugnatus; nisi, ut fertur, im-  
(?) 3 pugna-

## *EPISTOLA*

pugnatū se crediderit, quod, cùm  
putaret Imperatori quondam  
se commendari posse à Confes-  
fario ad insulam, id, quia nostrū  
non est, factum non fuerit. Quæ-  
cunque causa sit, omnibus no-  
tum fuit, dolentibus optimis sui  
S. Ordinis Patribus, hominem  
odio implacabili prosequi So-  
cietatem, quam non solum pri-  
vatis alloquijs apud Principes, &  
summos viros utriusque ordi-  
nis, passim traduxit; sed etiam  
Libellis editis gravissimorū cri-  
minum arguit: asserendo, si no-  
bis conciliaretur, perinde fore,  
ac si Christum, & Ecclesiam ejus  
negaret Propter quæ non imme-  
ritò

D E D I C A T O R I A.

ritò à sapientibus est habitus pro perturbato. Sed requiescat nunc ille quidem per nos in pace: at maleferiatus Defensor ejus resuscitat odia, & partim falsis, ac pridem publicè confutatis narrationibus, partim insulis & ruidibus ( licet aliquot gutterum Iuris aspersione maculatis ) argumentationibus calumnias Valerianas prosequitur, ut maximorum scelerum, Hæresis, & Atheismi nos damnet. Ipsi adeò Vicario Christi, S. D. N. Alexander VII. non parcit homo nefarius, violati juris divini & humani, neglecti officij sui, gravisque peccati, Suam Sanctitatem insi-

(?) 4 mu-

E P I S T O L A

mulans, quod à V. P. circum-  
veniri se sinat, & Societatem  
*FESV* non tantum non corri-  
gat, aut funditus exscindat, &  
evertat, sed etiam paternè fo-  
veat ac protegat. Videbar mihi  
hæc legens audire aliquos de in-  
faniente plebe Gentilium, qui  
olim, teste Athenagora, exasper-  
ati virtute Christianorum, cla-  
mabant in amphitheatris,  
*αἴθεων, tolle impios, tolle atheos.*

Quæ admodum Reverendæ  
Paternitati Vestræ memoro, ut  
novo hoc argumento videat,  
quod non ignorat, juxta men-  
tem sanctissimorum suorum  
Antecessorum, bene adhuc agi-  
cum

D E D I C A T O R I A.

cum Sócieta, quòd hostis  
humani generis etiamnum in-  
veniat, per quos, hypocrisi  
Pharisaicā zelum Ecclesiæ DEI  
præferentes, suum in eam  
odium, ut olim in Filium  
DEI, exerceat. Evidem fe-  
rè à 70. annis nullum in So-  
cieta atheum; plurimos au-  
tem DEO, ac spiritu DEI ple-  
nos, partim usu & consuetu-  
dine, partim auditu & lectu  
cognovi: longè plures au-  
tem Paternitas Vesta, cui o-  
mnia filiorum suorum perspe-  
cta sunt.

Talis autem fuit Pater Lu-  
dovicus de Ponte, ex libris di-

(?) 5 vino

COELI-



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

E P I S T O L A

vino spiritu scriptis orbi Christiano, Hispanijs autem à singulari vitæ sanctimonia notissimus. Eam vitam breviter à me descriptam Admodum Reverendæ Paternitati Vestræ humillimè offerre volui, ut per ejus lectionem recreetur, plurium, quos ei virtute, ac DEI donis non multum absimiles in Societate novit, etiam adhuc superstitem, recordatione recreata, Divinæ Bonitati gratulando, ab ea ceteris quoque filijs suis, & inter hos mihi minimo omnium, gratiam impetrat, ut digni hac, non impiæ, sed sancta, & Filio à DEO Patre

oniv

com-



D E D I C A T O R I A.

commendata, Societate effecti,  
grata D E O, & Ecclesiæ præste-  
mus obsequia. Hac de causa  
nostrum erit orare, ut Paterni-  
tatis Vestræ incolumente diu  
gaudere possimus. Ingolstadij

Kalendis Maij An. 1662.

Admodum R. P. V.

*Minimus in Christo servus  
& filius.*

HENRIGVS LAMPARTER.

AD

osse osse



## AD LECTOREM.

ffero tibi, Lector benevole,  
Historiam P. LVDOVICI de  
PONTE, quam tibi gratam,  
futuram existimo, si quem,  
usum habeas librorum editorum ab illo,  
sicut non dubito; cum in varias linguas  
traducti versentur in manibus omnium,  
non Religiosorum tantum, sed etiam se-  
cularium; atque adeo maximorum Prin-  
cipum, Jucundum erit videre in ea re-  
presentatum spiritum, quo, jussu DEI,  
scripsit eos libros: imo & fructuosum,  
dum expressa vivis coloribus vis eorum  
doctrinæ, non poterit non spem ac desi-  
derium facere experiundi eandem. Abun-  
dat enim & pulcherrimis maximarum  
virtutum exemplis, & aptissimis ad eas  
enitendi documentis. Sed & si libros  
eius non videris, lectio vitæ huius eo-  
rum tibi desiderium faciet, è quibus alij  
tam uberem capiunt animi sui fructum:

cuius

*AD LECTOREM.*

cuius tibi quoque messem copiosissimam precor. Ut autem noveris, quâ fide constent ea, quæ narrô, scias omnia desumpta ex ea vita, quam anno 1652 prolixè & accuratè, lingua Castellanâ scriptam, partim ex certis testimonijis, apud Ordinarios cum jurejurando depositis, partim ex ipsius venerabilis Patris Ludovici manu scriptis, edidit Pater Franciscus Cachupinus, Societatis nostræ Theologus, & Qualificator sacri Officij Inquisitionis, summa cum approbatione gravissimorum virorum diversi Ordinis. Ego brevius omnia, fideliter tamen refero, ut gratiora sint legentibus, & legi possint à pluribus. Audio Gallicè quoque ab alio è Societate editam esse hanc vitam; sed eam hucusque non vidi.

Tu interim hanc latinam  
boni consule.



**PROTE-**

X X Q Q Q Q Q Q X X X X X X X X  
X X Q Q Q Q Q Q X X X X X X X X  
**P R O T E S T A T I O**  
**A V T H O R I S.**

Protestor autem, me vocabula  
sanctitatis, miraculi, & si quid  
est eiusmodi, non alio sensu accipi  
velle, quam vulgari; neque aliam  
ijs omnibus, quaenarro, fidem arro-  
gare, quam debeatur quibusvis hi-  
storijs non temerè scriptis; multo  
minus, quod stultissimum esset, pra-  
iudicium facere S. Sedi Apostolica,  
cuius est pronunciare de vera  
servorum Dei sanctita-  
te, & miraculis.



## INDEX

LIBER I.

INDEX CAPITUM.

LIBER I.

- Cap. I. Ludovici ortus, & educatio. Fol. 1  
Cap. II. Ludovici vocatio, & ingressus in  
Societatem. Fol. 13  
Cap. III. Ludovici Novitiatus, & Vota. 23  
Cap. IV. Studia, tertia probatio, Sacer-  
dotium. 33  
Cap. V. Scholastica occupationes, & sole-  
mnis Professio. 45  
Cap. VI. Gubernatio Patris Ludovici. 62  
Cap. VII. Ludovici Praefectura spiritua-  
les. 78  
Cap. VIII. Officia Ludovici erga exter-  
nos. 83  
Cap. IX. Lucubrationes & libri scripti à  
Ludovico. 110
- LIBER II.
- Cap. I. Excellens humilitas. Fol. 122  
Cap. II. Magnanimitas Ludovici. 142  
Cap. III. Amor erga DEVVM. 137  
Cap. IV. Desiderium patiënti pro DEO.  
172  
Cap. V. Amor erga homines. 187

Cap. VI.

LIBER I.


## J N D E X C A P.

- Cap. VI. *Nitor animæ Ludovici, & ab-  
negatio.* 199
- Cap. VII. *Fides & fiducia de Deo.* 223
- Cap. VIII. *Ludovici Religio, & familia-  
ritas cum Deo.* 239
- Cap. IX. *Vota, ac devotiones Ludovici erga  
Venerabile Sacramentum, & ac Deipa-  
ram.* 257
- Cap. X. *Paupertas, Chastitas, Obedien-  
tia.* 274
- Cap. XI. *Prudentia, & alia virtutes.* 283
- Cap. XII. *Rerum cœlestium infusa con-  
templatio.* 293
- Cap. XIII. *Visa Ludovici, & revelatio  
divinitus.* 311
- Cap. XIV. *Dona prophetæ, discretio[n]i  
spirituum, & consilij.* 327
- Cap. XV. *Potestas in Demones, & alia  
dona.* 341

## LIBER III.

- Cap. I. *Præfigitio mortis, & obitus.* F. 351
- Cap. II. *Exequia, & comparitione's Lu-  
dovici.* 361
- Cap. III. *Mira quadam in Ludovico.* 377
- Cap. IV. *Translatio corporis Ludovici.* 391
- Cap. V. *Fama & sensus gravissimorum  
hominum de Ludovico.* 398

## LIBER I.



## LIBER I.

DE PATRIS LUDOVICI  
A PONTE ORTV, EDVCA-  
tione, & muneribus gestis in  
Societate.

## CAPUT I.

LUDOVICI ORTVS  
& Educatio.

### I.

**V**enerabilis P. Ludovi-  
cus de Ponte, magnus  
Mysticæ Theologiæ  
Magister, & speculum  
perfectæ virtutis, natus est Vallis-  
Oleti, Civitate Castellæ prænobili, *cus na-*  
*Anni 1554. die 11. Novembris, scitur 11.*  
horâ quartâ matutinâ, Ecclesiæ *Novemb.*  
Romanæ clavū tenente Julio III.  
Imperij Romani Carolo V. So-  
cietatis JESV S. Ignatio Fundatore.  
Pater fuit Alphonsus, ex peranti- *Eius Pa-*  
A qua rentes.

qua & illustri Cantabricæ nobilitatis prosapia, quæ dedit Hispania viros literis, armis, munijis, & quod majus est, religione clarissimos mater Maria Vazquez, seu Vasquia nobilitate marito non impar. Ambo pietate præstantes, quæ in educatione liberorum apparuit: nam ea disciplina instituti erant, ut novitij Religiosi viderentur viciniæ.

## I I.

*Soror & fratres.* Vnde mirum non est, quòd omnes postea tres fratres (nam tot erant) religiosum vitæ modū secuti sint, unâ cum sorore Anna, ante illos omnes progeniti; quæ mundo suas sibi res habere jussæ, Cœnobium, à Matre Dei appellatum, Ordinis Dominicanæ, ingressa cùm per annos multos eximiâ virtute ac prudentiâ illud rexisset, post mortem cuidam, sibi familiari servæ Dei, se inter beatos cœlites

cœlites conspicuam dedit. Germanorum suorum primus fuit Ludovicus noster, secundus Andreas, tertius Joannes de Ponte: qui duo familiam Dominicanam secuti, magno illi ornamento fuere. Joannes quidem in Collegio S. Thomæ Compluti, Magister Ordinis, Censor opinionū suspectarum de Fide (Qualificatorem S. Inquisitionis appellant) & Historiographus Regius, non minus in cathedra, quam gubernatione præclarus. Andreas autem studiorum contemplationis, & otij sacri, cum inter alios emineret virtute ac spiritu, tironibus ordinis instituendis præfectus fuit, in Monasterio S. Pauli Vallisoleti: dignus uterque prolixiore encomio: sed ista obiter commemorasse hinc sufficiat; ut intelligatur inter quales educatus fuerit Ludovicus, quibus

A 2 jam

jam tum venerationi fuit , ac propri  
ipsius cœper  
nis , o  
mente  
nitus i  
volun

## III.

*Ludovi-  
ci Ba-  
ptismus.* Non multis à natali diebus  
Christo in sacra unda renatum.  
in Parochia Dominæ nostræ, qua  
Antiqua vocatur, Ludovicum  
nominaverunt, sub clientela S.  
Andreas Apostoli; in utriusque avi,  
paterni & materni, memoriam.  
Et quia primus masculæ proli  
erat, in spes magnas natus, cum  
præcipuo studio eduxere parentes.  
Sed paucis post annis, per mot  
tem amissio patre, rotus in cura  
matris fuit, lectissimæ, ac singulari  
prudentiâ, & virtute feminæ: cui  
tamen ipse parùm attulit molestiæ;  
quod indole docili, setia, ac mo  
desta esset, in omnem virtutem  
propensiæ; utpote quem Deus ad  
præclara destinatum, copiosâ be  
nedictione mature prævenerat,

propriè

at propriè suscepto magisterio felicis  
ipsius animæ: ac simul effulgere  
cœperunt in eo primi radij ratio-  
nis, occupatam cœlesti lumine  
mentem, ad optima quæque divi-  
nitus inflammata, secura est tenera  
voluntas.

IV.

Certè jam duodecimo fere *Adhuc*  
anno ætatis, magna ei, dulcisque puer fa-  
miliaritas cum DEO fuit: nam, *miliaris*  
& sæpe interdiu in latebris, & re. *D E O*.  
cessibus domus, orationi vacabat;  
& quotidie ante lucem, Andrea  
fratre, qui in eodem conclavi dor-  
miebat, relicto, sine strepitu sum-  
ptis vestibus, in oratorium dome-  
sticum se conferebat, & è genibus  
agebat cum DEO, donec cœlum.  
albesceret. Tum verò se ad S. Pauli,  
ædem domui suæ vicinam, con-  
ferebat, ut sacro, quod ibi sub au-  
rorâ fieri solet, interesset; nullo  
id anni tempore, vel tempestate.

A 3 inter-

intermittendo : semper enim, vsque à pueritia, constantissimus fuit in exercitijs pietatis, quæ semel assumpserat.

## V.

*Moribus* Tam sancta initia diei , seque-  
optimis, bantur actiones perquam con-  
cinnæ, nihil ut puerile cerneretur  
in illis, sed omnia matura atque  
virilia. Et sic frater ejus Andreas,  
tanquam testis oculatus,& socius  
individuus, coram ordinarijs co-  
gnitoribus causarū, quibus de ser-  
vorum DEI honoribus agitur, cum  
jure jurando perhibuit, eum à te-  
neris ita se divinis obsequijs impē-  
dere cœpisse, nihil utvnquā in co-  
notatū fuerit, quod magnē virtutis  
& exempli non esset; nihil incon-  
ditum, nihil uspiam inhonestum.  
Quod quidem primis viginti annis  
in vividæ & ferventis naturæ ado-  
lescente , qualis erat Ludovicus,  
sanè quam rarum , & singularis  
gratiæ

gratiæ divinæ, arque virtutis argumentum est valde notabile.

V I.

Ab eadem dulcissima cum D<sup>O</sup> consuetudine, quasi fructus, extitit insignis in tenera illa ætate modestia, & compositio morum; quâ majoribus admirationi, & quibus documento, & reverentia fuit. Ab eadem orta est obedientia, *Exercititia pie-* & observantia maxima erga matrem; *tatis.* comitas & vrbanitas erga omnes, nulla ut unquam de illo esset querela: ab eadem provénit crebra illa divinorum Sacramentorum susceptio, & gustus rerum divinarum, cùm pro suggestu, vel familiari colloquio tractarentur: ab eadem denique radice prodijt rigor ille, quo corpusculum tennellum vigiliâ, jejunio, ceterâ austeritate vexabat, nunquam otiosus, omne tempus lectioni, scriptiori, studijs impendendo.

A 4 VII.

## VII.

Atque hæ ipsi deliciæ, præ te-  
studine, choreis, lusu, epulísque  
fuere, quibus teri solet hæc ætas,

cum dispendio temporis, faculta-

*In noso-* tum, & innocentia. Volupe Lu-  
*dochio* dovico fuit, adire nosodochium,  
*servit* non adeò remotum à sua domo:  
*infirmis.* ibi magna cum alacritate, ac sensu,

infirmis porrigere cibum, servire,  
solari quâ posset, hortari ad patien-  
tiam, proferre suaves piósque ser-  
mones; nihil omittere, quo suos  
eis dolores levaret: quæ, quicun-  
que videbant, accipiebant pro in-  
dicio magnæ olim sanctitatis: ut  
merito dici possint de hoc ado-  
lescente, quæ de S. Malachia scri-  
psit S. Bernardus his verbis: *Agebat*

*senem moribus, atate puer, expers*  
*lasciviae puerilis. Cumque ex hoc cun-*

*etis esset reverentia & stupori, non*

*tamen inde, ut affolet, insolentior in-*

*venieba-*

veniebatur, ut qui pauperibus ministraret servilem in modum.

VIII.

Cum ad scholas itaret, jussit eum mater sororem simul ducere ad acum exercendam; cui accedere solebat alia quædam, bellè morata, eidem operi studens. Has *Oculorū custodia.* ita modestè ducebat Ludovicus, ac si ad Altare Sacerdotem præcederet religiosus novitus; ita cautè, ut nunquam subiret limina, intra quæ exercebantur puellæ; sed ante januam domus exspectabat, donec essent ingressæ; ac similiter, cum esset redeundum è schoulis, exspectabat eas, oculis in terram defixis, ut nullam intueretur illarum: id, quod à pluribus cum admiratione notatum est.

IX.

Decimo tertio ætatis anno, cùm jam nosset legere, literas formare, supputare rationes, Grammaticæ *Studie*

A 5 admo. *Gramma-*

*tice &  
Philoso-  
phia.*

admotus, intra sesqui annum, felicitate memoriae, vigore ingenij atque diligentia, totam exhaust. Philosophiae autem studia, in Academia Vallisoletana, Magistro Cueva, emensus, condiscipulos longè præcucurrit, primamque lauream ex illa obtinuit. Tum ad *In Theo-  
logia au-  
dit Do-  
minica.  
num, &  
Franci.  
scū Sua-  
rez.* S. Theologiam audiendam Collegia S. Gregorij, & S. Ambrosij obivit, quam in priore PP. Dominicani explicabant, magna auditorum frequētia; in posteriore Franciscus Suarez, non doctrina magis, quam virtute sanctitate conspicuus. Hic animum Ludovici præ ceteris cepit, tum modestia & humilitate, cum excellentia doctrinæ & ingenij. Atque hæc prima illi Societatis Jesu instituta cognoscendi, ac diligendi fuit occasio.

## X.

Sub idem tempus, cum Ladicus decimum nonum ætatis annum

num ageret, ac præclaros in Theologia progressus ficeret, Vallisoleti Domui Professæ Societatis præpositus est P. Martinus Gutierrez; qui uti Salmanticæ Apostolico spiritu & fervore cōcionatus erat, magno cum fructu plurimorum, in celeberrima illa Academia, permultis ad humanarum rerum contemptum, & religiosam vitam adductis; ita Vallisoleti, verè divinâ eloquentiæ suæ vi, permovere cœpit animos audientium, ut ei non viderentur possere resistere. De quo ipse Ludovicus in vita P. Alvarez, *Afficitur initio c. 20.* sic scribit: *P. Martinus concioni-Gutierrez, à DEO, Domino nostro, do- bus P. natus fuit altissimo dono orationis, Martini cum magna vi & efficacitate verbo- Gutie- rum; ita, ut rationibus, quas afferebat, rez. convinceret ac ligaret intellectus au- dientium: quod ego ipse adhuc secu- laris & studiosus Theologie Vallisoleti animadverti. Ingressus enim quodam die*

die Domum nostram Professam, ut  
concionem audirem, nesciens, quis  
eam esset habiturus (fuit autem pra-  
dictus Pater) & paulò post, quād  
audire inceperam, nesciens quis esset,  
aut qui vocaretur, adeò obstupui spiri-  
tum illum, & efficacitatem, quā loque-  
batur, ut intra me ipsum dixerim, &  
nescio, an etiam ore, protulerim, ductus  
interno sensu, quem in corde habebam:  
Hic concionator non est, sicut ceteri,  
sed res quædam superior. Et quamvis  
multos alios insignes concionatores  
omnium Religionum, qui in ea civi-  
tate florebant, audivissim, omnes ta-  
men mihi visi sunt valde inferiores  
respectu ejus, quem audiebam. Hanc  
etiam opinionem habebant Salmantice  
communiter viri graves. Nam ad ejus  
conciones plurimi Doctores & Colle-  
giales omnium Collégiorum, imò ali-  
qui etiam in forma, ex ordine collegiali  
confluebant. Efficacitate autem sua-  
rum rationum multos Studioſos, in-  
signibus

signibus præditos doribus impulit ad renuntiandum mundo, & statum religiosum amplectendum, quorum non pauci Societatem sunt ingressi. Hæc ibi Ludovicus, quem Deus opera ejusdem P. Martini Gutierij ad Societatem Jesu perduxit, ut Cap. sequente dicetur.

## CAPUT II.

### LVDOVICI VOCATIO ET ingressus in Societatem.

#### I.

**D**UM Ludovicus magnis passibus in studio Theologiae procedit, Deus illum ad perfectioris vitæ modum ita validè impulit, concionibus P. Martini Gutierrez accensum, ut ei certum jam esset *Proponit* in aliqua Religione vitam transfigeri; sed hoc tulit molestius, quod ad Societatem Jesu se sentiret impelli. Placuit ergo consilium poscere à matre, cuius prudentia & pietati

pietati credebat posse se tutò confidere. Suasit illa differre negotiū, donec natu & eruditione major, constantius exequeretur propositum: quam solam dilationis causam fuisse testatur frater ejus Andreas de Ponte; non autem, quod, ut alij suspicabantur, tum voluerit secularis, in statu Ecclesiastico sanctius vivere. Id vnum ei grave trahitur fuit, quod tam validè, & absolutè à DEO in Societatem se trahi videret, familiam novam, & impugnatione multorum, etiam gravium, & religiosorum virorum, quorum iudicio atque doctrinæ multum tribuebat, vexatam illis temporibus. Ipse enim animo suo magis ferebatur in Ordinem PP. Prædicatorum, in quorum fere gremio adleverat, & quos veluti magistros & amabat, & venerabatur.

## II.

In calucta versabatur solus, nomine

mine conscientia, quid ageretur in-  
ejus animo; quando jam nec  
matri fidendum putabat. Ergo  
ipse ardenti, & crebriore oratione  
agere cum Deo: urgere suspirijs,  
supplicare cum lacrymis, ut suam  
sibi voluntatem apertius indicare  
vellet. Quanto vero enixius insta-  
bat precibus, tanto vehementiores  
impulsus, & fortiores instinctus ad  
ineundam Societatem sentire; at *Vocatio-*  
*que id magis, cum orabat tranquilius;* <sup>ni con-</sup>  
*in omni alia mentis propositio sentit.*  
sitione, praeterquam in ista, aresce-  
re, frigere, turbari. Atque ita a So-  
cietatis consilio avertebatur pani-  
cis terroribus, affligebaturque mi-  
serum in modum; donec Deo  
placuit, ei, porrecta manu, dispel-  
lere vanos illos timores, ex ipsa  
Religionis huius novitate & ve-  
xatione, quod in ea tantum excre-  
verit, tantumque adjumenti ad  
plurimorum salutem contulerit,

mani-

manifesto Dei erga ipsam amoris sua sc  
& suæ, ut in eam se conferat, vo scholi  
luntatis, argumento. Nihil ergo precat  
hæsitans amplius, decrevit parere tum  
tot, ac tam vehementibus impul mato,  
sibus: nemini tamen id aperien propo  
do, donec post menses aliquam argum  
multos exequendi tempus apper  
teret.

## III.

Verum ut ista vocatio fuit ejus  
inclinationi parum accommoda  
sic nondum penitus ex animo su  
spiciones, & formidines illas ex  
cluserat. Vnde argutè, curiosèque  
observabat mores, actionesq; no  
strorum, ubi nostros Theologia  
Studiosos, cum pro more simul  
irent ad hortum relaxandi à stu  
diorum contentione animi causâ,  
dissimulanter insecutus, vidit in  
cedere magna cum modestia, se  
rendo pios sermones; in horto  
verò alios ire seorsim, & promere  
sua

*Confir  
matur  
modestia  
Schola  
sticorum  
Socia  
tis.*

oris sua scripta, quæ exceperunt in-  
vo scholis, alias pium libellum aut  
ergo precatorium corollam tractare,  
rere tum enimvero, multum confir-  
pul mato, se illis quondam adjungendi  
rien proposito, recedens prudenter  
am argumentabatur, quales forent  
ppe serij, cùm in animi relaxacione  
tam religiosè, modesteque se ge-  
terent.

IV.

Interea dum justas ob causas dif-  
fert exequi propositum, An. 1573.  
P. Martino Gutierrez gloriofa mor-  
te, apud Hæreticos, defuncto in  
Gallia, orbatus quidē Ludovicus,  
alijs tamen haud vanis argumentis  
in vocatione sua est roboratus; *Amat*  
Mirum quod narrabimus. Placue- *piam o-*  
*rat ei semper opinio illorum, qui pinionem*  
*Beatissimam Dei Matrem sentiūt*  
*nunquam fuisse inquinatam labe*  
*originalis peccati. Sed cùm in* *de Im-*  
*disputatione quadam se passus* *macula-*  
*B. V.* *ta Con-*  
*fuisset,* *ceptione*

fuisset, vi rationum, abduci de p*ei* sententia in contrarium, statim ac solutus ab ijt ex auditorio, in usitata mentis ariditate, ac tedium fuit ob*Qu*ratus. Excussum igitur omnes con*volue* scientiae suae latebras, ecquid in*ve* illam niret in ea culp*ae*, vel etiam imperfectionis (nam & minus perfec*rum*, a se factorum rationem habere tis eff*ret*, jam tum assueverat) unde sib*teneat* oboriri potuerit ea nausea: cum que nihil deprehendisset ejusmodi, ad moderatorem animi sui contulit, Sacra*menta* suscep*pit*, fort*e* sic rediret laetitia & serenitas pristina: sed nihil quidquam profec*it*. Iterum ergo ad qu*æ*stionem vocata*re* conscientia*re* recordatus est se recessisse a pristina opinione, de illibata conceptione Deipara*rum*,

*Voto ad* Et hanc sui mali causam statuens, eandem voto se obligavit, semper tenendi firmiter communem piorum sententiam: quo facto mox pristinus ei

de p ei sensus pietatis, cum serenitate  
statim ac solatio interiore, est redditus,  
itata

V.

Quia verò per votum illud non  
voluerat prohibitum, opinionem  
inve illam in scholis, exercitij causâ, ex  
mente aliena, Magistrorum suo-  
rum, defendere, existimans id sa-  
bere tis esse, si suam sententiam, quam  
teneat animo, tanti per dissimula-  
ret, donec res peteret exprimi,  
quid revera sentiret: Magna Virgo  
mirabili modo demonstravit, se  
aliquid amplius ab eo exigere, &  
ne per ludum quidem velle ab eo  
propugnari opinionem adversam.  
Nam cùm ejus Doctores illam  
Ludovico tutandam conjecissent  
in Theses, & jam esset descendend-  
dum in certamen, omnem subitò  
& quæstionis, & argumentorum  
memoriam funditus exemit ei,  
quantumvis antea instructissimo.  
Notavit unde sibi provenerit in-

Mir  
modo in  
ea con-  
firma-  
tur.

B 2 exspe-

exspectata rerum, tam bene comprehensarum, ignorantia & obvio; & mox proyolutus ante arat Virginis, novum, & immortale votum sacravit, nunquam post hullo modo, ne disputationis quidem gratiâ, præferendi, vel sustinendi illam sententiam, dummodo id sibi in præsentiarum concedat; ne Doctoribus, ad impugnandum paratis, & condiscipulis, videatur voluisse illudere. Et, mirum dictu, statim restituta est ei memoria præsentissima omnium, quæ antea comprehenderat: quod jure jurando testarunt Patres, Gaspar Brizzeno, & Franciscus à S. Vincentio. Plurimum accedit eares amorem ejus erga Societatem, à qua sciebat constanter piam de Matre Dei opinionem defendi.

## VI.

Sed pax ei diuturna non fuit;

nam

nam hostis omnis boni propositi,  
malè sibi ab illo metuens, atrocem  
denuo tempestatem excitavit in-  
eius animo, de qua ipse in vita P.  
Alvarez cap 19. sic scribit : Post. **Denuo**  
quam decrevi ingredi **Societatem**, toto **confir-**  
**matur** tempore sex mensum, quo distuli de-  
siderij mei executionem, trahebat me **suo So-**  
**magna quaedam propensio & affectus, cietatis.**  
quem ad aliam religionem habueram,  
quam ut antea semper, ita nunc etiam  
magnifico. Sed quoniam Divina vo-  
catio rationibus, & validis impulsibus,  
me ad Societatem trahebat, tot cogita-  
tionum sibi adversantium fluctibus  
cum oppugnarer & affligerer, ita cor  
meum torquebatur, ut sim coactus ad  
campos excire, ad respirandum, & ex-  
clamandum, ne rumperer: Videbar mihi,  
utramlibet religionum ingredierer, to-  
tam vitam sub eodem tormento tractu-  
rus, vexante me cogitatione, ne forsitan  
erraverim, & alteram ut meliorem  
preferre debuerim. Sed quoniam tem-

B 3 pore

pore orationis & quietis, & cùm in conspectus DEi me collocabam, recu rebat mihi semper ea cogitatio, Divin voluntatis esse, ut Societatem ingri diar, tandem sum ingressus, non ex gua cum difficultate, & repugnanti

## VII.

Afluxerat jam tempus, quo di meditata perficeret. Aperuit suu desiderium p̄imò Theologiae stu dioso è Societate, cui nomen Pe tro Ruiz de Castillo, qui postea Rector Legione, & magnorum i Provincia Castellana meritoru fuit. Js eum adduxit ad Rectorem Collegij S. Ambrosij, Antonium Marcenium, virum eximiæ sancti tatis: qui diligenter expensis vo cationis illius momentis, & agni tis, quas afferebat in obsequia Dei præclaris dotibus, bonam ei spem fecit impetrandi à Præposito Pro vinciæ, qui tunc erat Joannes Suarez.

*Admit-*

Hic cùm advenisset, magna cum

eum voluntate admisit, fausto die, <sup>titur ad</sup>  
qui S. Francisco Xaverio sacer <sup>Societa-</sup>  
bono præfigio, quām propè ad <sup>tem.</sup>  
Apostolicum ejus zelum pro alio-  
rum salute, & gloria Dei effet olim  
accessurus. Atq; horum omnium  
nihil cuiquam è suis, nec fratribus,  
neque adeò matri detexit, viriliter  
omnes difficultates secum con-  
coquens; donec secunda die De-  
cembris, Anno Domini 1574. vi-  
gesimo ætatis, absoluto jam secun-  
do cursus Theologici, Vallisoleti,  
primus omnium in Collegium S.  
Ambrosij receptus, & ut ex tabulis  
constat, Medinæ Campi Domum  
Probationis ingressus est.

CAPUT III.

*LVDOVICI NOVITIATVS*  
& Vota.

I.

**P**Ost separationem Provin-  
ciæ Castellanæ à Toletana, P.  
B 4 Baltha-

Balthasar Alvarez ijs moribus in  
stituerat Domum probationis

*Anima-* Medinæ Campi, ut simul primùm  
*tur fer-* in eam receptus Ludovicus con-  
*vore Ti-* spexit, quantis animis, & ardoribus  
*ronum* ad studium virtutis Tirones in-  
*Societa-* cumberent, omnes illi timores,  
*tis.* quibus hactenus tenebatur, dif-  
fluxerint. Ita enim ipse scribit in

vita P. Alvarez, adducto superius  
cap. 19. *Vt veni ad hoc Medinensi*  
*tirocinium, intra paucos dies videns,*  
*quam serio* Tirones illi mundum cal-  
cabant, & que ipsos contemnebant, &  
mortificabant, quantoque studio Chri-  
stum Dominum nostrum sequebantur,  
& consilia ejus Evangelica amplecte-  
bantur; adeò quietus & contentus  
mansí electione, quam feceram, ut per  
DEI misericordiam, neque in Novi-  
tatu, neque extra illum senserim  
motum tristitiae, vel pœnitudinis. Imò  
nescio quo spiritu talis mihi insedit  
imaginatio, quòd si vel octo annos

vite

vita haberem, & eo modo viverem,  
magnus Sanctus evaderem.

## II.

Ex quo coniucere est, quantus Pluri-  
evaserit annis ferè 40. quibus su- mūm  
pervixit, cùm ab ipso statim ingresso proficit  
su fuerit habitus pro viro perfecto.  
Ita enim testatus est Franciscus de  
Prato, quondam Praepositus Pro-  
vinciæ Castellanæ, his verbis. Mul-  
tum eo sum usus per annos 38. partim  
novitus & subditus, partim Superior:  
ac toto illo tempore perspexi in eo tale  
studium, tam vividum desiderium  
perfectionis, gloriae Divinæ, & salutis  
animatorum, ut videretur semper fla-  
grare hoc studio ac desiderio, ne ad mo-  
mentum quidem temporis cessando,  
quín semper magis magisque in per-  
fectione procederet, nulla occasione  
medióve proficiendi prætermisso: nec  
alia de re unquam loquebatur, aut so-  
licitus erat, quād de ista. Et hanc opini-  
onem sanctitaris de illo habuerunt

B S non

non domesticitantum, sed etiam alij quibuscum agebat, Religiosi, Principes, & Summates viri. Hæc ille. Nec absimilia Jacobus de Sosa, bis Praepositus eidem Provinciæ, qui 46 annis vixit in Societate. Ex quo tempore, inquit, Societatem intravit, anno etatis vigesimo, ab omnibus est habitus pro viro perfecto, & ego semper eum habui pro magno prodigio virtutis & sanctitatis: & quotquot egerunt cum illo, cujuscunque conditionis & ordinis, quos ego novirim, reputabant eum pro homine sanctissimo. & absolutissimo; in quo nihil reperiebatur, quod non deceret virum perfectum & Apostolicum. Quæ duo testimonia tanto pluris æstimanda sunt, quanto viri illi cautores erat in loquendo, ne quidquam dicendo exagerarent.

## III.

Primum initium vitæ religiose, juxta constitutionem S. Patris no-

stri

stri Ignatij, posuit in spiritualibus exercitijs, per integrum mensem: quæ licet aliquibus, ex P. Alvarez instituto, produci solerent ad septuagesimum diem; Ludovico tamen, jam antea divinis meditationibus assueto, visum est mensem unum sufficere. Hoc, & reliquo tempore Novitiatus, dici vix potest, quantum vela devotioni, & impensè intima necessitudini cum Dño laxaverit. Statuerat, ei, quidquid ab alijs officijs sui rebus vacui temporis haberet, impendere fecitque id exactissimè, in genua profusus ante imaginem Deiparæ, quam ex S. Lucæ exemplo, allatam Roma à P. Alvarez, hodièque in ejus Novitiatus sacello, pro communi solatio servant. Usus est autem familiaritate Divina, non solum ad animi sui delicias, sed etiam ad incitamentum vincendi se ipsum, ac deprimendi, omnes alios æstimando.

do se superiores; itaque de illis, & cum illis loquendo; de suis autem rebus humillimè. Gaudebat comitari emptorem, ut instar mediastini portaret res emptas. Cum tradendæ doctrinæ Christianæ dies esset, procedebat cum parvulis cantando, & eos instruendo magna cum alacritate, pari fructu, gustu. que spectantium, & incremento

*In hɔfpi-* suæ virtutis. Petebat sçpe licentiam  
*tali ser-* in Nosodochio serviendi egrotis:  
*vit agro-* ibi cum gudio verrebat payimen-  
*tis.*

tum, sternebat lectos, purgabat yasa, levabat infirmos, ministrabat necessaria. Reperit quondam inter egrotos pauperem, obsitum tordibus & illuvie, quem propter horrorem & foetorem, desertum ab omnibus ubi conspexit, Christum agnoscens in eo, suaviter amplexus est, abluit, recentibus linamentis, à prefecto domus hospitalis impetratis, induit, loci sal-

suram

suram & auram correxit, assedit,  
adhibuit quidquid erat solaminis,  
magna cum omnium approba-  
tione.

IV.

Neque domestica omisit exer-  
citia: primus ad abjecta, impiger  
ad servitia coqui, & agrorum: saepe  
ab accumbentibus mensæ, flexis  
genibus, veniam culparum & er-  
rorum petivit; totus denique in *Studet*  
*omnimodam* sui victoriam inten- *penitus*  
tus, intimas motuum animi se *vincere*  
quorum causas rimabatur, & stir- *se ipsum.*  
pitus conabatur evellere, nihil  
dissimulando: cūmq; esset natura  
ferventior, & incitior, eam ita  
subegerat, ut omnibus videre-  
tur blandior, & ut ajunt, oleo tran-  
quillior. Quantiverò hanc animi  
moderationem ac disciplinam fa-  
ceret, quamque sublimiter de illa  
sentiret, suo loco dicemus. Nihilo  
tamen segnior fuit in castigatione  
corporis,

corporis, quod per flagra, cilicia, vigilias, jejunia sic infirmaverat ut opus fuerit ei per obedientiam habendas adducere, ac temperare rigorem. Atque ut promptissimum ad parendum, sic etiam erga Moderatores candidissimus fuit, nihil eos celando, quod ageretur in animo suo; quae quidem omnia observabat studiosissimè, soletissimi deprehendebat, ut sinus omnes pectoris ejus oculis expositos crederes. Ad quod accedebat summa quedam aestimatio, & reverentia magistri sui spiritualis, qui fuit P. Rodericus Arias, cum fama eximij servi Dei postea Vallisoleti defunctus. Hinc oriebatur, ut ab ejus institutione in omnibus, velut ab ore Dei, penderet, certus per eam se tutis itineribus ad absolutam sui victoriam, & sanctitatem ducendum.

V.

## V.

His talibus studijs per novitatum, rapuit in se omnium oculos, ut omnibus exemplo fuerit, & incitamento. Nam & gratia vocatio-  
nis ad hunc ordinem, & generofa  
ejus voluntas inter illa certamina,  
& vita à teneris usque non inno-  
centantum, sed etiam sancta, ma-  
gno illi adjumento fuerunt, ut  
alios omnes longè precederet.  
Unde etiam superioribus visum,  
est, eum, nondum finito biennio *Matti-*  
*Tirocinij, 26. Martij 1575, mittere in Val-*  
Vallisoleatum, ad absolvenda stu- *lis solerū*  
dia in Collegio S. Ambrosij: quod *ad stu-*  
ei grave accidit, propter matrem, *dia ab-*  
fratres, & cognatos, à quorum *solvēda.*  
consuetudine mentem suam pro-  
cul amoverat. Sed cùm hoc ipsum  
Superiores novissent, non plus ei  
timuerunt à patria, quam si mit-  
teretur ad Sinas, aut Japones. Et  
verò ita se ibi gessit, ut non nisi  
jussas

licia  
erat  
ntian  
erare  
Timu  
Mo  
, nih  
n ani  
ia ob  
issimi  
nnes  
s cre  
mm  
ntia  
uit P.  
ximij  
efun  
ejus  
ut ab  
ream  
m sui  
cen  
V.

*Cū ma-* iussus accesserit semel ad matrem *ēum*  
*tre nec* & cum ea nullum verbum sit locū quōd  
*verbum* tus, oculis in solum defixis; donec *cieta*  
*locutus.*

à Patre, qui eum duxerat, monere  
 tur officijs sui, quōd sit missus à Re-  
 ctoře, ut matrem salutaret. Illa ve-  
 rò nihil offensa ejus taciturnitatem  
 quōd nōset animum ejus ad o-  
 mnem virtutem, illum ut filium  
 dilexit, & suspexit ut sanctum. Eā  
 dem cōstantiā fuit v̄sus quondam  
 erga matronam, arcta necessitudi-  
 ne conjunctam, cui, quōd solū  
 ejus videndi & alloquendi gratia  
 tametsi ex longinquo venerit, sicce  
 admodum renunciari curavit, sibi  
 fas non esse loqui cum ea, nisi in  
 Confessionali, vbi se mutuo con-  
 spicari non possint. Neque verò  
 vñquam cum cognatis locutus est,  
 nisi de rebus ad animæ salutem  
 spectantibus. Hunc in modum ab-  
 soluto biennio, vota religionis  
 fecit in eodem Collegio; quanto

cum

*Facit**Vota So-**cietatis.*

utrem cum gaudio, non facilè dixerimus,  
at loco quod jam se Religiosum, & So-  
dona cietati arctius devinctum videret.

## CAPUT IV.

STUDIA, TERTIA PROBATIO,  
Sacerdotium.

## I.

**S**TUDIJS Theologiæ ita se im- *Inter-*  
pendit Ludovicus, ut severa *studia*  
sibi lege præceperit, quidquid ab *nihil de-*  
*ijis vacui temporis habuerit, non virtute*  
aliter, quam cum Deo vel cœlitî-  
bus, orando, vel in obsequijs egro-  
torum, cum facultate Superiorū,  
consumere: quare nunquam, abs-  
que necessitate, conspectus est ex-  
tra suum cubiculum; quod in su-  
prema Collegij parte, prope ho-  
rologium sibi impetraverat, ubi  
propter ascensus & frigoris, aliá-  
que incommoda, jam nullus am-  
plius habitat, illi hęc ipsa mole-  
stiarum occasio fuit optatissima;

C      quam

quam etiam vicinia facelli domestici, quod ibi tunc erat, ei facieb<sup>it</sup> jucundiores; illuc enim & sumo manè ad sacrum, quod nost<sup>i</sup> Theologis facere solebat P. Francisco Suarez, & interdiu, ad recipiendum spiritum studijs fatigat poterat se conferre. Sed & in ipsorum studiorum remissione ita se continebat, ut à legibus modestia disciplinæ religiosæ nec latum inquietum recederet, nihilo planè iutior, quam fuerat in ipso Tirocinio, cuius rigorem non minuit, sed auxerat studiorum laborum quibus autem diebus à studijs en vacatio, illos gaudebat in officiis humilibus transfigere.

## II.

*Petit  
mitti in  
Iaponiā.*

Sub idem tempus venit Procurator Japoniæ, aliquot socios collecturus, qui se in arduam illam expeditionem adjungerent. His adscribi summis precibus flagita

stud  
vit L  
tion  
sang  
qui  
eum  
Sup  
repe  
ann  
The  
acut  
cisc  
cum  
eum  
tùm  
laud  
ptat  
Con  
sim  
mag  
ut o  
can  
eam  
ne o  
tuist

dom  
acieb  
& su  
nost  
P. Fra  
ad re  
atigat  
k in ip  
se co  
estizi  
om u  
anè s  
Tiro  
minu  
abon  
lijs en  
offici  
Procu  
os col  
illam  
. Hi  
lagito  
vii  
vit Ludovicus, omnem saluti na-  
tionis ejus procurandæ vitam, &  
sanguinem offerens. Deus autem,  
qui longioribus, nec levioribus  
cum destinarat laboribus, fecit, ut  
Superiores votis ejus, utcunq;  
repetitis & ardentibus, neutiquam  
annuerent. Ergo progrediens in *In Theo-*  
*Theologia, sic probavit omnibus logia ex-*  
*acumen ingenij sui, ut ipse P. Fran-*  
*ciscus Suarez non raro contulerit cellit.*  
cum eo res difficiles, ratus Doctor  
cum discipulo, fassusque sit, mul-  
tum adjuvari se ejus judicio: quâ  
laude, nescio quæ major possit o-  
ptari. Certè in asserta Deiparae  
Conceptione, in gratia copiosif-  
fima, non solùm doctrinam sui  
magistri asscutus est Ludovicus,  
ut ostendit in expositione Cantici  
canticorum lib. I. exhort. II. sed  
eam etiam prætervectus, dum illa  
ne maculari quidem ab Adamo po-  
tuisse docuit, ejusdem operis lib. 7.

C 2 exhor.

exhort. 30. quia voluntas ejus in primo parente constituta non fuerit, ut cui gratia Dei non hereditario, ut alijs, sed altiore iurantquam Matri Dei, erat obventura. Fuitque tam confirmatus in e sententia, ut in eandem utrumqu fratrem suum, Dominicanos, per duxerit; quod in ordine illo palau omnibus fuit.

## III.

*Mitti-* Studijs absolutis, Anno 1571  
*tur ad* cum vigesimum quartum ætatis  
*Ogna-* jam explesset Ludovicus, cum ali  
*tense Col-* condiscipulis venit ad Ognaten  
*legium.* Collegium, à B. P. Francisco Bo  
*gia* 27. annis antea fundatum, &  
*spirans* etiamnum exempla su  
*conditoris;* quorum fragrant  
*novos* ei spiritus attulit, omnimo  
*dæ* submissionis & virtutis. Indi  
*garciæ* verò ad 18. Octobris Anno 1579  
*tertiam* Villagarciam est missus, tertiam  
*probatio-* ibi probationem, in Societate  
*nē subit.* consue

consuetam, subiturus. Instituit  
eam probationem S. Ignatius, ut  
sui devotionis, & abnegationis  
fervorem, si forte inter studia sci-  
entiarum remiserit, restaurent, &  
ad gradū usq; perfectionis promo-  
veant, eōq; paratores, & alacriores  
ad aliorum salutem per ministeria  
Societatis procurandā, procedant.  
Gavisus est illa occasione Ludo-  
vicus, ea praecipue ratione, quod  
P. Balthasarum Alvarez instructo-  
rem sit nactus, ut optayerat.

IV.

Isti cùm prolixè distinetq; ex- Aperit  
posuisset, quidquid habebat in sua P. Alva-  
conscientia, Pater, qui eum perat- ro suam  
tentè, fixis in crucem ante se po- conscienc-  
sitam oculis, audiverat, non aliud  
respondit; quam pauca hæc verba:  
*Hoc est habere virtutem infantilem,*  
*& nondum adultam: oportet eam*  
*nutrire, & robore. Statimq; conti-*  
*cuit. Ludovicus, ut ipse de se scribit*

C 3 in

in vita P. Alvarez cap. 19. agnosce  
verum esse, quod sibi dictum era  
recessit cum firmo animi decreto  
exuendi infantiam illam virtutis  
& removendi quidquid eum à pro  
fectu retardaret; cum admiratio  
ne, quod Pater ita penetrâssest ani  
mi sui recessus, ac tam paucis effi  
cax adhibuissest remedium, judi  
cando eum indigere magis humili  
lationibus, quam prolixis oratio  
nibus. Et verò non immerito, vi  
lumine cœlesti plenissimus, per  
specta capacitate purgatissima  
mentis, considerans quantoru  
id ætatis posuisset initia meritorū  
judicavit virtutem, qua tunc pra  
ditum videbat, comparatam cum  
illa, quam consequi posset, si per  
geret, esse instar infantis; licet in  
se spectata virilis jam fuerit. Sed  
neq; segniter tantum magistri disci  
pulus incubuit in ejus augmenta  
majore, quam unquam alias, ani  
mo

mo se se ad anteriora conatus  
extendere.

V.

In terea Dei etiam illum ad  
arctiorem secum familiaritatem  
inducere, illustrare mentem, vo-  
luntatem afficere: unde crebriores  
jam, dulcioresque aspirationes  
emicare in cœlum; obedientia &  
humilitatis cuiusdam excellentis.  
simæ sensus existere, quibus ad  
majores quotidie flammæ amoris  
erga Deum & homines, & intimam  
cum Divina Majestate conjun-  
ctionem, præparabatur. Exinde *Experi-*  
*cœpit sentire interna Dei collo- tur in-*  
*quia; quæ dum anxius hæret, an terna*  
*pro divinis accipere debeat, inter Dei al-*  
*rogavit eum Christus: Tu, si quis loquias*  
*esurienti offerat ramum gravem fru-*  
*ctibus, quid faceres? Respondenti, Docetur*  
*comederem fructus, ramum abijs- quomodo*  
*cerem. Sic facias, ait illi, internis al- illa sunt*  
*locutionibus: sume eos, qui tibi offerun- accipi-*  
*C 4 tur, enda.*

tur, fructus bonorum operum; exente in his, quæ tibi suadentur: neque n fatiga, inquirendo à quānam arbor deceptus sit ramus, quo tibi præbentur. Acquievit huic monitioni quia cùm omnia, quæ sibi dicebantur interiùs, essent apertè bona & congrua suæ conditioni, non erat eur multùm dubitaret ijs obsequi; sicut necesse est facere, quando potest aliquid subesse periculi: prout ipse postea scripsit in Duce sp̄itu alii tractatu I. cap. 23. num. 1 ubi etiam hujus rei, quæ sibi evenerat, meminit, reticito suo nomine.

## VI.

Variè  
exerce-  
thr.

Observavit omnia diligenter P. Alvarez. & ut tam bene præparato animo non deesset, varijs modis cum domi, ac foris exercuit. Et quia Villagarcia populus numerosus non est, Medinam, ad tria milliaria, misit cum cum procuratore fre-  
quenti

quenti mercatu, ut ea, quæ empta forent, domū portaret. Alias cum socium dedit alicui Novitio, ut per pagos vicosque concionem haberet ad rudes operas; id, quod ipse faciebat singulari feryore & gratia. Nonnūquam adjunxit eum alicui condiscipulo jam Sacerdoti, ad excursionem aliquot dierum, ut hominibus, qua fieri poterat, prodeissent. Neq; enim P. Alvarez missiones longas in tertia probatione amabat, ne dum experimentum capitur gratiæ, qua quisque valet agendi cum proximo, diuturna intermissione refrigerescat amor exercitationis domesticæ; cuius eo tempore potior, ad sui victoriam & abnegationem obtainendam, habenda est ratio.

## VII.

Non defuit sibi ipsi Ludovicus, *Avidè* & omnia media proficiendi arri- *studet* puit avidissimè: plurimum ex*cit* *proficere*

C 5 tanti-

*in vir-* tantibus eum sermonibus P. Al  
*tatibus.* varez, quos de Summario Constitu  
tionum, & regulis Societatis habebat, plenos lumine sibi inter  
orandum infuso divinitus; quos memoriæ causa ille contulit incompendium, à pluribus postea descriptum, & habitum in pretio. Studuit etiam à singulis aliquid in perfectionem animæ suæ referre, cum omnibus quidem comite agendo, familiarius tamen cum P. Christophoro Gonzalez, de quo scribit in vita P. Alvarez cap. 47 plurimum se adjutum ejus commercio, præsertim in corrigenda vana persuasione, quod difficile sit amare confusionem & contemptum; cum tamen ea sit via tutissima penetrandi in familiaritatem D E I: prout nominato P. Gonzalez evénit. Multum etiam utebatur P. Francisco de Corduba filio ducis de Cardona, qui nimio

per

per omnem occasionem vincendi sui studio, mortem præmatu-  
ram in ipsa tertia probatione ac-  
cessit, febri, per humiles labores,  
in solibus, capite non munito, ac-  
censa sublatus; cùm novem annis  
in Societate sanctè vixisset, non  
sanguine clarior, quàm virtute.

VIII.

Mense Decembri Anni 1579. Admo-  
Ludovicus, expleto jam vigesimo *vetur*  
quinto ætatis, ordinatus est ad *sacris*  
*Epistolam*, & sequente jejunio *Ordini-*  
*verno ad Evangelium*, denique *bus.*

19. Martij, festo S. Josephi, Sacer-  
dotio initiatus: ad quod ritè susci-  
piendum se menstrua divinarum  
rerum *commentatione* studiosissi-  
mè paraverat, unà cum P. Alva-  
rez, ad visitandam Provinciam  
Toletanam evocato: qui per id  
tempus peculiari studio suum ei  
sensem de tribus asseclis Christi  
Domini, Paupertate, Dolore,

Con-

*Contemptu* communicavit, *societatis* illius amorem eum  
*inflammans.* Primum deinde *scrum* fecit Vallisoleti, in festo  
*Annuntiatæ* salutis nostræ, singu-  
*lari* fructu animi sui, & gaudio  
*cumque* operam confessionib*u*  
*tempore* Paschali audiendis de-  
*disset*, rediit Villagarciam, vbi no-  
*vo* spiritu tertiam probationem  
*est* prosecutus, & novos à cœl*o*  
*favores* expertus: quorum ille no-  
*minimus* fuit, quod cùm post sa-  
*crum* gratijs Deo agendis esset in-  
*tentus*, repente senserit, ut ipse  
*scribit* in vita P. Alvarez cap. 48

*Luce di-* quendam radium lucis, transcu-  
*vina co-* tem iostar fulguris, quo ipsi ostendit  
*gnoscit* debatur non ita difficile esse, ut ei  
*posse a-* visum erat, sed valde facile, tam  
*mari cō-* serio & cupidè amare contemptū  
*temptū.* ac probra, quam alij honores &  
*existimationem* affectant, simul  
*etiam* ad illa quærenda est anima-  
*tus,*

tus, cum spe obtinendi. Hanc autem gratiam acceptam retulit precibus magistri sui Alvarez, non diu antè, Belmonti 25. die Julij, cœlo recepti. Prætereo nunc alia sensa, quæcum de alijs, cùm præcipue de humilitatis virtute accepit hoc tempore probationis, referenda suis locis in libro sequente.

## C A P U T V.

SCHOLASTICÆ OCCUPA-  
tiones, & solemnis Professio.

## I.

**A**NNO 1580, ad Festum S. Lucæ Salmanticam est missus Ludovicus, & post egregiè propugnatas assertiones ibidem ex tota Theologia, Legione Philosophiam anno sequente docere *Docet Philos-* coepit, magna cum laude, & existi- *phiam.* matione doctrinæ, nullo tamen suo gusto, nisi quem dabat obedientia: quâ siebat, ut ei muneri

cumu-

cumulatissimè satisfaceret : nam  
& ea, quæ dictabat in schola, non  
subtiliter tantum & eruditè, sed  
magna simul claritate & ordine  
componebat, levando labore di-  
scentium ; & in disceptationibus  
seu propugnaret, sive oppugnaret  
libentissimè audiebatur, eratque  
tum admirationi, cum formidin-

*Discipu-  
los exci-  
tat ad  
studium  
virtutis.*

Singularem etiam curam discipu-  
lorum habuit, hortando singulo  
& animando, ut in studia diligenter  
incumberent ; invitando eos a-  
proponendas sibi quæstiones, in  
quibus hærebant, eisque patienter  
& amanter ipsis explicando, ut  
nemo se neglectum, omnes æqua-  
liter se , suumque profectum illi  
cordi esse viderent. Nec minor-  
fuit ipsis incitamento ad virtutem,  
præclaris monitis & exemplis eos  
accendens, primus in omnibus  
exercitationibus pietatis, sive in  
triclinio culparum se reum pera-  
gendo,

gendo, oscula figendo pedibus ac-  
cumbentium, commendicando  
cibum, aut eum sumēdo sub men-  
fa, & alia obeundo, quæ fert usus in  
Societate: sive in culina operam  
navando cōcis, & abjectissima quę-  
que munia domi fungendo: qui-  
bus modis ita rapiebantur animi  
omnium, præsertim discipulorum,  
ut eum certatim studerent imitari.

II.

Brevi etiam foras emanavit, ac Prodest  
per totam civitatem fusa est fama *simul*  
*sancitatis illius*: unde multi, etiam *proximo.*  
viri graves & nobiles, eum delegere  
pro moderatore animi sui, suos ei  
lapsus, infirmitates ac dubia pro-  
ponendo; quibus magna se cari-  
tate impendit, enixiū tamen ple-  
beis ac pauperibus. Nec paucos  
inexpectata cōversione ad eximia  
exempla probitatis traduxit: hos  
inter homo juvenis fuit, ex illa-  
strissima inter Hispanos prosapia:  
qui

qui cùm, Ludovici monitu, se totum appulisset studijs virtutum ut per austерitatem erga se ipsum liberalitatem erga egenos, & ali exercitia pietatis expeditiores coram Deo rationes haberet, suis admirantibus, & mentis turbid motionem suspicantibus, constanter edixit, brevi se à Deo evocandum ad iudicium. Et hoc non ab animi perturbatione, sed divinus ei compertum fuisse, eventus ostendit. Nam subitanè corruptus morbo, quando illius exhibrandi causâ, nescio quos ludos a pompas instruxerant, advocatus Ludovico cum dolore omnes totius vitæ noxas confessus est, sacramentis munitus, magna cum animi pace, ac fiducia, ad meliorem vitam decessit, annis & virtibus multò longiorem ei vitam pollicentibus.

III.

III.

Non continuit se intra mœnia *Excur-*  
fervor Ludovici, sed Dominicis<sup>rit ad</sup>,  
Festisque diebus cum aliquo dīsci-<sup>pagos.</sup>  
pulorum exivit ad vilas ac pagos  
vicinos, à quibus mature posset  
redire in urbem. Jbi convocato ad  
templum populo rusticō explica-  
vit fœditatem peccati, fructus pœ-  
nitentiæ, brevitatem vitæ, pœnas  
infernas, & alia, pro captu nationis  
illius, & necessitate: fecitque hoc  
tanta vi dicendi, ut emollitis exci-  
derint lacrymæ: à concione, pueri-  
tiam in rudimentis doctrinæ Chri-  
stianæ instituit: reliquo tempore  
aures præbuit peccata sua deplo-  
rantibus; quales etiam alijs diebus  
ad eum in urbem veniebant, quos  
magna suavitate tractatos, cum  
suo & ipsorum solatio, remisit ad  
sua magalia. Fecit autem has ex-  
cursiones pedibus, nullo comme-  
atu instructus, sed vicitans eo,

D      quod

quod ultro datum esset pro sibi  
vel ostiatim emendicâsset cum  
socio; gratulando sibi, quod cu  
primo comitum Christi, Paupe  
tate, epularetur. Quantum vis at  
tem fatigatus domum rediisset vi  
speri, nihil amplius refocillation  
admisit, quam si tota die do  
mansisset, ad studia sua, quasi  
jucunda recreatione, revertens

*Recrea  
tiones  
Ludo  
vici.*

Quos autem dies vacuos habebu  
t scholis, eos visendis pauperibus  
& sacris locis impendere consu  
vit, magis ea consuetudine cum  
Deo, & egenis, recreari se exili  
mans, quam alia ratione quacun  
que: nec vana fuit illa opinio; qui  
multiplici dulcedine, sensu coel  
sti, & affectu recreabatur a Deo  
ut Francisco de Salzedo, discipulo  
magnae virtutis, familiariter dice  
ret; videri sibi, a Deo se tractari u  
filium parvulum, quem pater ele  
ganti veste indutum, prehensa huma

manu

manu ducat per forum, ut conspe-  
ctu variarum in mercatu rerum  
exhilaratum, sui amore magis af-  
ficiat.

IV.

Hoc tali magistro plurimum in *Eius di-*  
*virtute promoverunt illi, quos ha- scipuli,*  
*bebat è Societate, discipuli. Tres Marti-*  
*cōmemorabo solum insigniores: nus Del-*  
*primus esto Martinus Antonius rio.*  
Delrio, vir singularis humilitatis  
& obedientiæ: qui cūm ex libris,  
quos mira eruditione refertos edi-  
derat, orbe toto notissimus esset,  
jāmque Parisijs doctore Joanne  
Maldonato Philosophiam audivis-  
set, in Societatem ingressus, de-  
novo ad summulas, & rudimenta  
Dialecticæ, volūtate Superiorum,  
redite non dubitavit; sed magnæ  
felicitatis loco habuit, quòd Lu-  
dovicum magistrum obtinuisse  
à quo non minus in cœlesti, quam  
humana Philosophia posset con-

D 2 discere:

discere: de cuius vita alij prolix

*Franci-  
scus de  
Salzedo.* aut fa-  
retulerunt ad posteros. Alter fu-  
rum s.  
Franciscus de Salzedo, consob-  
Terti  
fanne  
nis,  
proE  
& inn  
stiana  
tis Ec  
mam  
exem  
cujus  
bebata  
mem  
Riba  
lib. 5.  
aut  
An  
tice,  
mag  
tantu  
ut &  
res t  
Acad

nus Balthasari Alvarez, eidēq;  
in familiaritate cū D E O no-  
multūm absimilis; cui multas h-  
ras impendebat quotidie, diu an-  
alios è strato confurgens. Hic du-  
Collegij Rector esset Avilæ, i-  
ipso Chtisto monita est Maria Vel-  
ex ordine S. Bernardi, raræ san-  
tatis, & extraordinarij spiritus vi-  
go, ut illum sibi sumat anima-  
moderatorem, eiq; studiosè ob-  
diat. De quo in vita ejusdem virg-  
nis cap. 32. refertur, eum tantum  
authoritatis fuisse apud eos, que-  
rum conscientias regebat, ut etiam  
gravissimus, & religiosissimus qui-  
que ex tota civitate, illi quasi pue-  
rum se submiserit; licet majore  
natu, quam 34. annorum non esse.  
Deinde illum nullo neque labore  
neque indignitate rerum superari-

aut fatigari potuisse, cum de aliorum salute, & causa Dei ageretur.  
Tertius est Hernandes de Villa-  
fanne, qui in Cinaloa totis 30. an-  
nis, Apostolico spiritu, plurimis  
pro Evangelio laboribus exhaustis,  
& innuaueris ad agnitionem Chri-  
stianæ veritatis adductis, & funda-  
tis Ecclesijs, gloriosam Deo ani-  
mam reddidit; plurimum adjutus  
exemplis & institutione Ludovici,  
cujus semper aliquid librorum ha-  
bebat in manibus. De quo plura  
memorantur à P. Andrea Perez de  
Riba, in historia novæ Hispaniæ  
lib. 5. cap. 23.

*Hernan-*  
*dus de*  
*Villa-*  
*Fanne.*

V.

Anno 1584 Ludovicus Salman. *Theolo-*  
*ticæ, nostris Theologiæ studiosis, giam do-*  
*magister datus est; quo in munere* *cet Sal-*  
*tantum & laudis, & gratiæ retulit,* *mantice.*  
ut & inter florentissimos, qui plu-  
res tum erant, in celeberrima illa  
Academia, Doctores excelleret, &

D 3 disci-

discipuli ad eum, quasi solus esse  
dubia sua frequenter referrent.  
Ipse usus occasione non omisit i-  
los dexterè simul ad majorem in-  
virtute progressum incitare; d-  
cere solitus, miseram esse con-  
ditionem Religiosorum Doctorum  
nisi conarentur etiam in studi-  
virtutis promovere discipulos.  
Quia verò propter exercitia lite-  
raria, consueta diebus festis, &  
Dominicis, ei non licebat excu-  
rere ad pagos, ut Legione fecerat  
quoties ab illis excusare se potuit  
omne tempus in excipiendis po-  
nitentium cōfessionibus consum-  
psit: per septimanam autem eis  
qui majorum incrementorum  
capaces erant, statis horis operan-  
dedit.

## VI.

Vnicum annum relictus in hoc  
officio, ad alia fuit abstractus  
scholis: quòd etsi plurimum vale-

ret in illis, longè tamen plus vide-  
retur posse in gubernandis alijs:  
in quo genere qualis & quantus  
fuerit, infrà dicerur. Sed post se-  
pTEM annos, aut octo, revocatus  
Vallisoletum ad Theologiam do-  
cendam, non minore laude id fe- *Magna*  
cit, quām si nulla diversio muniū, *cum lau-*  
*longè aliorum, intervenisset. Ita de.*  
enim testantur jurati, tam acutè,  
tam appositè, tam nervosè illum  
proposuisse, & enodāsse gravissi-  
mas difficultates, ut non ex huma-  
nitus acquisita, sed divinitus infu-  
sa scientia; neque ut homo, sed ut  
**Angelus loqui videretur. Unde**  
etiam illa, quæ dictabat in scholis,  
magni passim æstimabantur ab o-  
mnibus.

VII.

Tantam sublimitatem doctrinæ  
ornavit nō minor animi demissio:  
quæ maximè apparuit in disputa-  
tionibus: nam sive præsidebat,

D 4 tacuit

tacuit quantum ferebat mun  
præfidis, ut solus discipulus doct  
rum responsionum decus referte  
five oppugnabat, cùm discipulus  
videret sub argumento fatiscer  
porrexit ei manum, & ansam p  
buit solutionis arripiendæ; & si  
paullum appositiè diceret, id ei  
plicando ad honorem adduxit  
Neque verò vñquam ullius imp  
gnavit sententiam, nisi postulaat  
id officio suo, vel urgentibus, qu  
bus id honestè negare non potuit

Hoc autē fecit ea modestia, qua

*Per filiā discipulus esset, non Doctor. Vi  
confessio, debatur sanè DEV M delectari eju  
nis doce- humiliatione ; nam subduxit  
tur de lumen interdum, ut à difficultati  
Theolo- bus exire non posset, nisi ope alio  
gicis dif- rum ipsi longè imparium, imò &  
fulta- illiteratorum : quod accedit ei  
bibus. cùm explicanti Mysterium SS.  
Eucharistiae, repente oborta el  
tam atra, densaque nubes violen*

tissimarum objectionum, præser-  
tim contra conversionem panis  
& vini, in corpus, & sanguinem  
Christi, ut in Cathedra moram.  
bene longam traxerit silens; au-  
ditoribus admirantibus, & aliquid  
humanitus ei contigisse existi-  
mantibus: nec ab ea perplexitate  
se tum expedire potuisse, sed ab  
redituo vocatus, ad alicuius fe-  
minæ confessionem accipiendam,  
descessit. Erat illa ex ijs, quas Lu-  
dovicus in studio vitæ perfectioris  
instruxit: à qua rogatus, quid ege-  
rit, cùm vocaretur, respondit, se-  
versatum in explicando divino illo  
mysterio: subjunxit illa, sibi eadem  
nocte, cogitanti de illo, gravissi-  
mas difficultates objectas fuisse;  
quas etiam recensuit ordine: &  
erant eadem omnino, quæ illum  
vexarant in schola. Adjecit illa;  
sed & multas occurrisse sibi con-  
siderationes, & argumenta, quæ

D s rem

rem totam reddiderint sibi pl  
nam ac facilem, omni difficultat  
submota. Et retulit has considera  
tiones, ac sigillatim diluit omnia  
quæ in cōtrarium ejus menti era  
objecta. Obstupuit ad ista Ludovi  
cus, & omni nube animi detersa  
conversus ad D E V M sustulit mo  
nus, quod per mulierculam erudi  
tus esset, magnoque cum sensu  
erupit in illa verba Christi: *Co  
fiteor tibi Pater, Domine cœli & terra*  
*quia abscondisti hæc à sapientibus,*  
*revelasti ea parvulis. Ita Pater;* qui  
niam sic placitum fuit ante te. De  
posuit hoc apud quæsidores Mat  
chio de Villar; cui, nescio in quo  
rerum suarum articulo constituto,  
Ludovicus ipse pro consola  
tione narraverat, quomodo Devi  
aliquando soleat juvare per eos, à  
quibus minimè spes.

## VIII.

Postrema in literis Ludovici oc  
cupatio

cupatio fuit *Prefectura studiorum*, *Commit-*  
qua multos annos functus est *titur ei*  
quām accuratissimē, non sinen-  
do quidquam exercitiorum præ-  
*Prefe-*  
*Etura*  
*Studio-*  
*rum.*  
alias doceri, quām communes,  
aut valde idoneo fundamento  
subnixas, quo cuilibet viro docto  
meritò persuaderetur eius proba-  
bilitas. Quare diligenter legebat  
omnia, quæ dictata erant in scho-  
lis, & expendebat accuratissimē;  
quod si quid minus ei probatum,  
esset, proponebat Magistris, audie-  
bātque illos patienter: si verò non  
satisfacerent, nullo modo permit-  
tebat id eos defendere. Indè fa- *Aversa-*  
*ctum est, ut reveriti censuram, in tur no-*  
tegritatem, & constantiam eius, *vas opi-*  
admodum cauti essent in opinio- *niones.*  
num delectu: quos autem videbat  
abhorrire à novitatibus, multūm  
laudabat, grarias illis agēdo. Quan-  
do per corporis infirmitatem non  
poterat

poterat comparere in publicis  
concertationibus, eo saltem loco  
erat, in quo non conspici quidem  
ipse, sed omnia tamen posset ad-  
dire: aut si neque hoc moribus  
permitteret, curabat fideliter si  
referri, quidquid actum fuisset, i-  
merita omnes laude, & gratulatio-  
ne remuneraretur. Nunquam per-  
misit examinari quenquam e no-  
stris scholasticis, quin ipsem eti-  
mam interesset: & P. Alfonius de Cano  
testatur, eum semper, in omni ci-  
gressu Doctorum, obtinuisse insi-  
magistri omnium presentium, quod  
adeo comprehenderit omnia, licet  
nunquam audita sibi, ac si diu mul-  
tumque meditata haberet, & ipse  
met adhuc versaretur in scholis.  
Quando videbat eum, cuius pro-  
fectus explorabatur, non satis ex-  
minatori fecisse, charitate motu  
arripiebat causam, ac tam claro  
faciliique modo proponebat diffi-

cultas

cultatem, ut illam non ægrè dissol-  
veret, nisi qui indoctissimus esset.

I X.

Dum versaretur Ludovicus in *Facit  
occupationibus literarijs, à P Clau-  
dio Aquaviva, quinto Præposito  
Generali Societatis, ad supremum  
apud nos gradum, Professionis<sup>2</sup>  
quatuor votorum, admissus est:  
eo sanè dignissimus, ut cui nihil  
deerat eorum, quæ S. Ignatius re-  
quirit in promovendis ad hunc  
ordinem, ad quem nō alios, quām  
spiritū & doctrinæ selectæ viros,  
& multū, diūque exercitatos, &  
in varijs probationibus virtutis, &  
abnegationis sui ipsorum, cum o-  
mnium ædificatione & satisfactio-  
ne perspectos, admitti voluit.  
Fecit professionem Vallisoleti 24.  
die Januarij anno seculi 1593. suæ  
atatis 39. cùm novendecim  
annis in Societate  
fuisse.*

CAPUT

## CAPUT VI.

GVBERNATIO PATRI  
LVDOVICI.

## I.

**D**orum Collegiorum Rect  
fuit Ludovicus, Vallisolei  
& Villagarciensis, in quo simi  
Magisterium Novitiorum habui  
de quo infrà dicetur; nunc de  
gubernatione, in qua sibi al  
impresserat, quæ S. Ignatius pri  
scripsit Rectoribus; videlicet et  
rum officium esse in primis, or  
tione, & sanctis desiderijs totum  
*Oratio-* ne juvat Collegium, velut humeris suis  
subditos. sustinere: quod ipse quidem fec  
insigniter, nihil decernendo, quo  
non priùs contulisset cum D E O.  
licet exigui videretur esse momen  
ti: sed ea, quæ medijs humanis in  
tellexit non posse confici, multò  
impensiùs commendabat Maje  
stati Divinæ, semper optato suc  
cessu

cessu. Ita Jacobus Vela, qui magno cum zelo, fructuque multas missiones obierat, cùm venisset ad illum Villagarciam pleuriti labrans, magnóque desiderio tenetur vitæ longioris, ut posset uberiore, sicut ajebat, poenitentia diluere sua peccata, adhibitis pro eius imprecatione etiam patronis cœlestibus; vi precum Ludovici repente mutatus, longè aliam induit mentem, quam nullis adhortationibus ab eo potuerat obtine-re. Siquidem à sacro, & precibus Imperio ipso factis, ad eum reversus *trat uni* Ludovicus invenit, omisso deside- *prompti-*  
*tudinem* rio vivendi, totum se permisisse, *morian-*  
*di.* Divinæ voluntati, & qui tota vita sua consueverat magna cum ariditate animi orare, nunc inundatem tenero sensu, & affectibus ardentibus amore cœlestium, sèpius ingeminare illas voces Apostoli;  
Gratias DEO, qui dedit nobis victori-

riam

riam per JESVM Christum, & Vade,  
plena vita melioris fiducia dicit  
animam reddidit, in magno se muta  
per metu Divinæ severitatis, & facere  
tegritate traductam: de quo plus vis au-  
bus scribit ipse Ludovicus in vobis fe-  
P. Alvarez cap. 47. præteritis, q[uod] p[ro]pit, quod  
ad laudem suam spectabant, sed vis re-  
ijs accepimus, qui rei præsentibus  
fuerunt, maximè ab Alfonso Riquam  
mero, viro perquam gravi, & peror-  
titatis, ac doctrinæ conspicua aliæ

## II.

*Alteri  
copiam  
concio-  
nandi.*

Simile quid accidit Vallisole dem  
ubi cum repentina infirmitati popul  
correptus quispiam, concionem cibus  
quam oportebat, habere non po referr  
se, & alter, qui ipsi sufficiebatur anno  
cusaret se brevitate temporis, quo cet Pi  
vix trium horarum fuit, quib[us] jorem  
concio paranda erat, Ludovicus quam  
animo breviter ad orationem libera  
converso, vultu placido leniter bus. q[uod]  
percutiendo pectus illius, dixit suffici

Vobis

n, & Vade, plus erit, quam cogites. Quo  
cia dicto alter subito sensit cor ita sibi  
no se mutari, ut nihil amplius dubitaret  
is, & facere, quod petebatur, quantum-  
vis auditorium frequens, ac no-  
s in vibile foret: atque ut meditari cœ-  
titis, q̄ pit, quæ diceret, affluxit ei tanta-  
t, sed vis rerum, & in dicendo copia ver-  
æsen borum, ut ipse testatus fuerit, nun-  
ciso quam se promptius, alacriusque  
& perorasse: imò, cùm consueisset  
icuā alijs nimiope fatigari, tunc ei  
tantum superfuit virium, ut eo-  
lisole dem die sub vesperum denuo ad  
mitati populum dixerit. Quæ omnia pre-  
onem cibus Rectoris adscripsit. Eodem  
on po referti potest, quod cùm quodam  
ature anno gravis incubuisse fames, li-  
s, quo cet Procurator diceret, non ma-  
quibjorem annonæ copiam esse domi,  
lovicj quam necessaria sit, jusserit tamen  
onem liberaliorem stipem dari pauperi-  
enitebus. quam alijs annis, & non solùm  
dixit sufficiens frumentum Collegio,

E sed

sed etiam superfluum fuerit. Quā mentis  
omnes, qui noverunt, preciōsib[us] si-  
Ludovici tribuerunt. quibus

Jtā etiā III.

*Promo-* Solitus est à subditis omnib[us] in suo  
*vet o-* etiā senioribus, poscere sāpius ut cū  
*mnes in* anno rationem cōscientiæ: sāpius jejunia  
*spiritu.* etiam agere sigillatim cum scilicet refocili-  
lasticis de rebus divinis, & per illam  
nentibus ad cuiusque profectum digere  
in spiritu, scitè subiiciendo illa in cor-  
quibus excitaret eorum fervore pore,  
nem S

*Omnia* Res agēdas itā ordinare, & acco-  
*cū tran-* modare temporibus, nulli ut ex-  
*quillita-* fationi locum relinqueret, q-  
*te agit.* minūs omnia examissitatē f-

*Constan-* rent, ad regulam cuiusvis offici-  
*ter disci-* validē se opponendo moribus i-  
*plinam* troducētis contra placita Super-  
*urget.* rum; nihil dissimulando. quod p-  
peram factum esset; nihil relaxan-  
do, aut concedendo etiam grav-  
bus viris. Jtā illi, qui in vicin-  
concionari debuit, multis arg-  
mentis ip-

t. Quā mentis petenti, ut uno die liceret  
recidi sibi sine socio manere cum amicis  
quibusdam, constanter negavit.

Jtā etiam alteri viro gravi, petenti  
in suo conclavi asservare passulas,  
ut cū pro more suo nonnunquā  
jejunaret, esset ad manus, quo se  
refocillaret nonnihil. Concessit  
illam refocillationem quoties in-  
digeret, non tamen privatim, sed  
in communi triclinio. Sæpe tem-  
pore, quo secundūm consuetudi-  
nem Societatis orationi vacandū  
est, obibat ipse singulorum cubi-  
cula. Si quem notaret alio loco se  
detinere, quām eo, quo erant obe-  
unda spiritualia, accedens eum,  
suaviter commonefaciebat officij.  
Accuratos volebat omnes in suis  
muneribus, tam magistros ac di-  
scipulos, quām confessionibus au-  
diēdis, aliisve ministerijs addictos.  
Si quis morbo impediretur, mu-  
nus ipse supplebat: id, quod inter-

E 2 dum

dum ad plures dies , & mens  
duravit.

## IV.

Neque minor ei cura fuit, n  
quid ulli decesset è rebus necel  
rijs: ut suo qujsque muneri tan  
meliùs attendere , & eo liber  
urgeri posset ad obseruantiam  
sciplinæ, quo liberaliùs præben  
*Providet* tur eis necessaria. Delectabantur  
*omnibus* quidem studio suorum in expl  
*necessa-* enda paupertate; sedulò tam  
*ria,* cavebat, ne per nimium ardor  
fractis viribus corporis, inutili  
evaderet ad majora Dei obsequia.  
Si quem tempore frigido video  
indigere stragula, suam ei dabant  
renitentibus præ modestia, dice  
solitus; *Accipe*, faciliùs acquisi  
ego aliam, quam tu. Facilis & lib  
ralis fuit, in concedenda idonei  
temporibus remissione à studiis  
ut recreati alacriores revertere  
tur ad illa : Solitus interim ipse

corat

coram venerabili Sacramento pro  
ipsis orare DEV M, ut Job factitavit  
olim pro suis, inter eorum convi-  
fuit, n  
s necess  
erit tan  
liberit  
ntiam  
ræber  
stabat  
in expl  
o tame  
ardon  
inutil  
obsequ  
o vide  
i dabant  
ia, dice  
acquisit  
is & lib  
idonei  
à studi  
vertere  
rim ipse  
corat

men  
via. Infirmorum ei cura fuit multò  
maxima: illis adesse creberimè:  
sua apud eos negotia peragere, le-  
gendo, orando, cogitando, ne, si  
quare indigerent, opus esset eum  
advocare è suo cubiculo, cum ali-  
quo illorum incommodo ex mora  
tantilla: cum tanta commiseratio-  
ne illos tractare, ut magna confi-  
dentialia ipsi crederent infirmitates,  
quas alijs non audebant aperire.  
Quando verò multi simul ægro-  
tabant, sicut eis compatiebatur,  
ita sibi gaudebat occasione offerri  
caritatis exercendæ. Sic Vallisole-  
ti, cùm Collegium haberet plenū  
ægrotis, gratulabundus dixit cui-  
dam; *D E V S videtur velle implere  
desideria mea.*

## V.

Duo quædam gratam fecerunt  
E 3 ejus

*Placi-  
dus, ac  
tenax  
est secre-  
ti.*

eius gubernationem, placabilit  
& secretum. Agebat enim cum  
singulis vultu semper placido cu  
gravitate, nihil perturbationis pu  
seferendo; in quacunque rerum  
& negotiorum varietate, ac mul  
tudine, semper sibi similis, semper  
tranquillus. Nam fuit mentis o  
pacissimæ, quæ multis rebus age  
dis par esset: unde sic omnia ordi  
nabat in suo cubiculo, ac si ven  
retur in omnibus officinis. Fide  
secreti omnes amabant in eo, ce  
nihil occultorum defectuum in  
cognitorum unquam proman  
turum ad alios: unde & magna  
confidentia detegebant ei sua  
miserias, quas nōrānt in ejus po  
ctore commori. Nam si quandam  
esset opus rem conferre cum alio  
tam cautè id agebat, ut nihil pro  
deret omnino, quod esset silendū.  
Sicut etiam si quis reprehendi de  
beret, id verbis paucis, itaque tem  
peratil

peratis faciebat, ut reus & culpam suam, & animum simul reprehendentis agnosceret omni perturbatione carere; quod in præfervidæ naturæ viro fuit mirabile. Si verò (quod rarum fuit) aliquis monitionis impatiens in voces incomptas erumperet, ipse continuo siluit, re in aliud tempus dilata, quo alter emendationi aptior esset.

## VI.

Quam benignus alijs, tam sibi durus & rigidus fuit; ut adeò Su- *Sibimet* periores coacti sint, ejus conser- *ipſi du-* vandi causâ, subiucere illum alteri, *riffimus.* cuius arbitrio modus fieret ejus austeritati. Fuit is ordinariè Minister Collegij, cui quoad ea, quæ spe- starēt valetudinem ipsius, obediebat instar Novitij, tametsi nō sine sensu pateretur præteriri se in cō- munibus oneribus. Villagarcia jufserat Minister eum tractari, velut ægrotum: tulit hoc per aliquot dies; at postea rogavit enixè, ut liceat si-

E 4 bi

bivesci cōmunibus cibis: quia bo  
exempli non sit, Rectorem habe  
delicatiūs. Tacuit minister, jussi  
nihilominus ei dari alios cibo  
tanquam infirmo: quos cūm  
misisset, ut darentur alteri mag  
indigenti, allatos denuo tum qu  
dem comedit, quod videret Mi  
strum constanter id velle; deince  
tamen ut sanus tractatus est, qui  
appareret vires ei à cœlo præbe  
ut peculiari curâ non egeret. Ide  
ferè contigit Vallisoleti, ubi sim  
liter causatus, non esse exempli,  
Rector lautiūs coenet, cūm dic  
ret Minister, melioris exempli for  
si etiā Rector obediatur, fecit qua  
primum; contestatus tamen, pli  
mollibus ac delicatis escis dete  
suæ valetudini, quām si utatur ci  
munibus. Quod agnoscens Min  
ister, permisit eum postea suo si  
modo vivere,

## VII.

Licet ex ijs, quæ diximus, per  
spicuum

spicuum sit, talem omnino Rectorem fuisse, quales optavit, & descriptit S. Ignatius; idemque viri, qui cum noverunt gravissimi, nominatim Jacobus de Sosa, magnis muneribus in Societate præclarus, testatum reliquerint, eum omnibus numeris absolutum Superiorem fuisse: nihilominus ipse gemitus sub hoc onere, quasi nihil ad hoc aut virium haberet, aut gratiæ: neque destitit urgere multis modis, donec ei valetudo immunitatem creavit. Quo tanto lætior fuit, quanto ( ut S. Franciscus dicebat ) certior in prælatione casus, in laude præcipitum, & in humilitate subditi, animæ lucrum esse, iubetur

VIII.                      *inspicere*

Neque tamen ab omni munere præcipua ad gubernationem spectante licuit esse libero. Instituit Claudio A. quaviva, Præpositus Generalis, in qualibet Provincia ternos, vel quattuor ternos è gravissimis viris, quorum

E s erat

erat non gubernare, vel statueret  
aliquid pro potestate, sed inspicere  
solum in Collegijs sibi assignata  
& observare, an agantur omnia  
vetere spiritu & instituto; & si qui  
invenerint minus recte fieri, ubi  
hoc diligenter egerint cum sup  
rioribus, ac primoribus viris,  
Præpositum Generalem edocu  
rint, videre an emendentur ad mo  
dum, ab eo præscriptum. Unde  
etiam non Visitatores, sed Inspe  
ctores vocabantur. Jussus est ergo  
Ludovicus inspicere præcipua Co  
legia Castellanæ Provinciæ: quo  
fecit cum tanta prudentia, dexte  
ritate, fructu, & omnium gratiâ, o  
mirificis laudibus eum extulerint  
& Salmanticense Collegium, eju  
Provinciæ præcipuum, cuius visen  
di initium fecit anno 1398. Recto  
re Josepho de Acosta, in tabulas  
retulerit, quanto solatio omnium  
& successu, religionis integritat  
ab eo consultum sit, solerter pra  
struen-

statuerunt  
nspicere  
signare  
omnium  
struendo viam omnibus incom-  
modis, & suavibus medijs Apo-  
stolicæ vitæ perfectionem promo-  
vendo.

## I X.

Sed eam lustrationem tum cor-  
poris imbecillitate, cum temporū  
infelicitate finire non potuit. Nam Pestilen-  
anno 1599. sævissima pestilentia per  
totam Hispaniam pæne vastavit. Hispa-  
nam.  
Nam quocunque locorum deve-  
nit, quod solum, absque socio, de-  
bilem, pallidumque, & quasi cada-  
ver ambulantem viderent, judicâ-  
runt eum pestem secum afferre,  
ac proinde excluderunt non tan-  
tum locis obscuris, sed etiam illu-  
stribus, ubi non erat ignotus; ut  
Palentiaz contigit, ubi licet exhi-  
beret literas fide publica testantes,  
eum non transivisse per loca infe-  
cta, & Rector ejus Collegij, Jaco-  
bus de Sosa, tentaret omnia; tamē  
obtinere non potuit, ut recipere-  
tur

tur in civitatem. Coactus est enim venire manere per noctem in vestibulo templi cuiusdam suburbanum, tam majore animi sui gaudio, quam graviore incommmodo infirmi, fere exanimis corpusculi. Cum Villagarciam venisset, etiam ingressa maximam edidit strage præquam ullo in loco Hispaniæ. Hæc insignis materia fuit charactatis Ludovici, qua efflagravit nrum in modum: siquidem doterat & foris apud egrotos assiduus, quemque re poterat, eos adjuvit non obiter aut semel eos tantum accedendo, sed bis terve in die per integras horas manendo cum ipsis, licet in angustis non ratiugurijs decumberent; atque hunc sine omni amuleto, quasi tangere peste non posset. Neque curavit nos tristis tantum, dum viverent, sed etiam defunctos in tumulo solo depositit, ne quis alias afflaret ut veneno

*Servit  
peste la-  
boranti-  
bus.*

s esten veneno; licet non deessent in Col-  
vestibu legio plures, qui hæc officia præ-  
ni, tan stare possent, & expeterent: sed  
, quan ipse nūlum admisit tam piæ operæ  
firmi, socium, asserens se nulla re alia-  
. Cùn posse prōdēsse Collegio. Quæ o-  
iam lu mnia idoneis testimonijs Antonij  
strage Hispani Montesini, & aliorum, qui tantis  
it cha exemplis interfuerent, comperta-  
ravit n sunt.

## X.

Ad gubernationem refertur etiā *Fit Con-*  
officium Consultotum Provinciæ, *Provin-*  
quorum non est definire quidquā, *cialis.*  
sed consilium & sententiam suam  
dicere, definiendi potestate Supe-  
riori relata. Sæpius huic admotus  
est Ludovicus, quod magna sem-  
per & modestia gessit, & authori-  
tate. Nam & illius judicium tum  
Præpositi, tum ceteri Consultores  
plerumque secuti sunt, eum etiam  
consulere soliti, quando id munus  
non habuit. Proferebat, cùm ipsius  
erat

erat loqui, suam sententiam, Hier  
gravi ponderer rationum; non  
men urgebat eam: immo si proba  
liora quis attulisset, non a grè dis  
debat ab ea, tametsi alter ipso  
nior esset. De his autem, quæ a  
tata fuissent, cum alijs, quam co  
Consultoribus loqui, piaculo d  
xit. Nec minor illius authorit  
fuit in Congregationibus totius  
Provinciæ: nam Generali ne  
teresset, obfuit infirmitas corp  
ris.

**CAPUT VII.****LUDOVICI PRÆFECTVR**  
*Spirituales.***I.**

*Instruit  
Novi  
tios.*

**D**iversis temporibus Ludov  
icus formando Novitiorum  
& perficiendo, promovendoque  
veteranorum spiritui præfec  
tus fuit. Sub finem anni 1585. Salman  
tica Villagarciam venit, sociu  
Hiero

Hieronymo Ripalda in Novitijs  
non instruendis futurus: at illo propter  
supervenientes turbas brevi aliorum  
sum profecto, totum onus Novi-  
tiorum, ac Patrum tertiae probatio-  
nis, unā cum Rectoratu, Ludovico  
soli incubuit; cui, quod per aetatem,  
& aliorum, quae ad illad requirua-  
tur, decorum defectum, se parem  
non duceret, non submisit se prius,  
quam per orationem cognovisset,  
id esse voluntatis Divinæ. Nam &  
lumine peculiari, & alijs, à Deo  
sibi tum exhibitis, favoribus ani-  
matus, magno se animo, ac fiducia  
accinxit ad opus.

I I.

Principiò igitur omnibus præ-  
lucere facem illustrissimæ virtutis;  
incedere in depili veste, qualis No-  
vitiorum esse consuevit; purgare  
loca immundiora domus, letamen  
deferre ad sterquilinium, infirmis  
ministrare, verrere pavimentum,  
lava-

80           *Libri I. Cap. VII.*           L  
lavare vasa, nulla in re quantum imita  
molesta sibi parcere, aut exim quijs  
esse supra Novitios. Et quia dies raro  
tos absuebant negotia, nos Distri  
orationi, ac cœlestium contepus, u  
plationi addixit, integras interdi suar  
traducendo coram Venerabili cum  
cramento, & singulorum suon Affue  
necessitates ei cōmendando, ration  
missa quotidie flagellatione p affect  
lixa, & minimè leni brachio. eriam  
quādo somni per brevis causā brevi  
ret ad cubiculum, in vestibus inde a  
ciebat se in scamnum, ac post tione  
revertebatur ad orationem, qui hono  
sæpe totis noctibus in eodem fin  
supplex, genibus pronis produc  
neque illa re se passus est imped  
ab illa, nisi si quos ægrotos don  
haberet, quos consuevit inter  
fere, & qua posset solari.

### III.

*Satagit*      Hæc studia ipsius, tam illustri  
*Novitio* cateri non segniter conati sunt  
rum.            missa  
                      etum  
                      imit

imitari: quos & quotidianis allo-  
quijs multum accedit, ut non  
rarò audirent eum cum lacrimis.  
Distribuerat verò inter illos tem-  
pus, ut septimo quisque die rerum  
suarum ei rationem daret, ac do-  
cumenta proficiendi acciperet.  
Assuefaciebat illos ad studium o-  
rationis primum, & memoriam,  
affectionem Dei presentis; quam  
eriam, cùm illis fortè fieret obviā,  
brevi verbo revocare solebat. De-  
inde ad victoriam sui, & abnega-  
tionem provocabat, præsertim  
honoris & æstimationis propriæ,  
ut adamarent opprobria Crucis,  
& insignia Christi. Quocunque  
autem tempore ad ipsum veniret,  
excepit eos magna cum dulcedi-  
ne, & auditos, inflammatosque,  
cum consolatione dimisit; quia  
consilia ipsius tanquam à cœlo de-  
missa accipiebant: quo etiam fa-  
ctum est, ut omnium animos velut

F in

in manu haberet, ac ceræ instar, id ag  
xilis in omnem figuram. Sed & rædi  
creationis tempore, mira cum  
suavitate, ac varietate loqueba  
de rebus divinis, ut omnes ab e  
ore penderent. Narrabat eis no  
nunquam favores cœlestes, quib  
animarentur ad virtutem: sed  
vidit illos animadvertere, quod  
cer recitarentur, quasi obtigisse  
alteri cuiquam, ipsi tamen even  
tint, deinceps ab eorum reco  
fione abstinuit.

## IV.

*Divini  
tus eorū  
arcana  
cogno  
scit.* Nonnunquam Devs ei pate  
cit arcana suorum subditorum  
sive ut illos validius ad meliora in  
pelleret, sive ut melius præmu  
rer contra periculum aliquod in  
minens, sive denique, ut cauti  
res, attenuioresque efficeret. No  
vitium quendam Villagarcia mis  
serè vexabant scrupulosæ formidi  
nes; cui dixit Ludovicus, diabolus

id agere, ut ipsum præcipitet in-  
redium rerum spiritualium, ac de-  
mum in contemptum, ac despera-  
tionis voraginem. Postea cùm ani-  
mi causa cum Jacobo de Miranda  
(qui tum Grammaticam docebat)  
circa ædes Novitiorum ambula-  
ret Ludovicus, de repente aperto  
cubiculo illius, vidi eum ex impa-  
tientia humi abiecere, quidquid  
habuit librorum spiritualium, &  
*Viden'*, inquit, *hoc agere diabolum*,  
per scrupulos, ut te adigat ad impa-  
tientiam? Et mox iterum clausa-  
janua, spatiari perrexit. Alfonsum  
Vasquez, item Novitium, qui po-  
stea magnæ virtutis, & doctrinæ vir-  
fuit, mortuus anno 1649. impor-  
tuna solicitude de rebus, quæ ge-  
rebantur in ejus patria, pæne ad  
consilium pœnitendum adduxe-  
rat. Obambulanti ante suum cu-  
biculum, occurrit Ludovicus, &, *ne te discruciet, inquit, ebarissime, id*

F 2 quod

quod cogitas : omnia jam feliciter  
peracta sunt : nominando si-  
qui, & quomodo egerint. Et cu-  
dicto sic abstersa fuit illius me-  
tora illa vexatio, ut ipse scriptor  
statum reliquerit, nunquam se at-  
plius illa cura fuisse pulsatum. Ali-  
Novitus ejusdem nominis, Avi-  
postea defunctus anno 1627. cu-  
in summo, nescio cuius, inten-  
molestiæ conflictu esset, occurre-  
ei Ludovicus unam, alteram ve-  
tionem dixit, qua penitus even-  
omnia, quibus affligeretur, pa-  
tranquillitas animi plena est re-  
dita; multum admiranti, quom-  
do perspecta essent Ludovico, q-  
intimis animi sinibus clausa  
nuerat.

## V.

*Succur-* Alium Novitium Ludovicu-  
*rit vexa-* jusserat continere se in certo cu-  
*to à da-* biculo, quod eum diabolus ita ex-  
*mone.* gitaret interdum, ut videretur

actu

actus in furias. Quadam die cùm  
ex vicino quodam loco domum  
revenisset, recta, nondum deposi-  
tis calcaribus, properavit ad ejus  
cubiculum, reperitque jam explo-  
rantem cultro gulam: & cum dia-  
bolo, vetere homicida, pepulit ab  
eo præsens exitium. Liberalibus,  
procurator nescio quid epuli deli-  
cationis sibi missum acceperat, &  
clam cum aliquibus absumebat.  
Supervenit ex improviso Ludo-  
vicus, & aperta sine pulsu janua,  
dixit hæc pauca: quomodo hæc fiunt?  
& absque venia? statimque abivit:  
agnoscentibus illis, hanc ipsi no-  
titiam esse ab alto, cùm id agerent  
occultissimè, nullo hominum  
conscio. Ex quo factum est, ut ne-  
mo deinceps licenter aliquid face-  
ret, sine concessione ipsius, quòd  
viderent ei omnia divinitus inno-  
tescere.

## VI.

*Exhortatur potenter.* Adhortabatur tirones tanto-

dore, ut cum eum quondam audi-  
set Doctor Mercatus, Philipp,  
ac. III. primarius Medicus, dixer-  
quis unquam credidisset P. Lude-  
vico in tam debili corpore tantum  
esse virium? Mediusfidius ipse  
habet alium medicum, à quo il-  
hoc robur ac sanitas provenit,  
ope & medicina humana non eg-  
at. Petierant enim, desiderio ipsius  
conservandi, præscribi à Medio  
moderationem rigoris, humanitatem  
intolerabilis tali corpusculo. Se-  
ille conspicatus vitam ejus exer-  
dere humanam scientiam, ipso  
suo sibi modo permisit. Qui no-  
tantum nihil remisit, sed etiam  
ingravescentibus morbis, pari stu-  
dio peregit omnia, quæ sui offici-  
& consuetudinis erant: & quando  
lectulo affixum tenebat vis morbi  
ad se vocatos Novitios, ita instruc-

ba-

bat, solabatur, inflammabat, ut  
penitus impressa mentibus ejus<sup>o</sup>  
precepta, multis annis, quasi recens  
audita tenuerint. Id quod in sum-  
maria relatione de illo testati sunt  
ipso: quorum unus sic perhibet, se  
ante triginta, vel plures annos au-  
divisse adhortationem Ludovici  
ad Novitios, tanta efficacia sibi im-  
pressam, ut saepe postea quasi vi-  
vam, & recentem vocem ejus in  
auribus, & faciem dicentis in ocu-  
lis suis sibi sit visus habere Id unum  
sibi indulxit in flagrantia morbi, ut  
non tam diu precaretur flexis ge-  
nibus: quamprimum autem sur-  
gere potuit, pristino more perre-  
xit, quam diu potuit.

VII.

Bis Villagarciae, semel Medinæ Praef.  
Campi, Novitiorum, ac Tertiano-tertiae  
rum Magister & Instructor fuit proba-  
Ludovicus. Sed Veteranorum spi-  
ritui praefectus Vallisoleti cùm  
F 4 esset,

eset, omnes magno cum gaudio  
suas animas, & conscientias posu  
runt in manibus ejus, certi magni  
rum sub ejus auspicijs in virtutem respon  
progressuum: quod etiam breviter  
paruit. Nam ejus exemplis & suum  
nitis summus in eo Collegio  
citatus est fervor, praesertim  
rum, qui studijs literarum addi  
fuere. Atque, ut vario usu cog  
verant nihil eum latere, quod  
nus recte vel agitarent animo,  
designarent illo absente, sic en  
cautissimi, ne quid culpae con  
herent: ac si, ut homines sumi  
aliqua se labe aspersos notarent  
verebantur subire illius aspectum.  
Neque vana fuit ea persuasio: quo  
expertus est quidam ex Theologis  
studiosis, qui cum languore animi  
tubante, omisisset aliquandiu  
nire ad illum, rerum spiritualium  
gratia, rediit tamen; etsi non  
cum fervore, ac studio, quo pri  
versum  
stitia,  
consue  
re pace  
cuidat  
triduo  
alijs a  
vandu  
se ob  
aperui  
quend  
unde c  
bus ab  
beratu  
tio del  
templ  
acturu

Ludo

gaud Ludovicus, quasi inspexisset quid  
posu ageretur in ejus animo, dixit; Ego  
nagn his, qui consulunt me de spiritu,  
irtu respondeo sicut ipsi affecti sunt,  
revia repidi stepidè Ex quibus intellectus,  
& suum illi tedium ac reporem igno-  
tum non esse. Sed & illud animad-  
versum est, cum quacunque mœ-  
stitia, & animi turbella jactatis,  
confusse duobus verbis restituere  
pacem & gaudium. Quod evenit  
cuidam Theologo, qui cùm se  
triduo, ex more Societatis, cùm  
alijs æqualibus pararet ad reno-  
vandum sacramentum, quo Deo  
se obstrinxerat, simul ac Ludovico  
aperuit mœrem, ac metum  
quendam inanem, quo, nescio  
unde concito, tenebatur, se duo-  
bus ab illo verbis non tantum li-  
beratum, sed insuper magno sola-  
tio delibutum expertus, illicò se ad  
templum contulit, Deo grates  
asturus.

F 5 VIII.

VIII.

*Salman-* In Salmanticensi Collegio solere  
*tice tur-* piam infando, ac detestabilis ista, M  
*batos cō-* poni. cietate, spiritu ambitionis perturbata  
*ponit.* domesticam pacem ita turbava; ac sap  
 ut non videretur faciliter, nisi per Docto  
 dovicum posse restitui. Evocatus  
 ergo Vallisoletto, ad idem ibi tre, ve  
 gedum officium, brevi compoinit Th  
 omniū animos, illo solo excepto habue  
 qui, quod nullam curationem rebus  
 mitteret, à Societate, ut noxi erat:  
 ac putre membrum, recisus tuis est  
 reliquos omnes Ludovicus hunc tot  
 agere pellexit in amorem sumi propri  
 virtutis: quia ab ejus ore, velut Theod  
 etna quadam cordis accenso, flamine  
 bat oratio. Unde etiam, quando  
 poter ad socijs, familiaria curantibus, in qua  
 virtute inflam  
 mat.

ter ad socijs, familiaria curantibus, in qua  
 quentem diem argumenta meorum  
 tationis dictabat, quotquot era  
 in Collegio, etiam Sacerdotes, co  
 venerunt ad eum audiendum, ranti  
 firmantes se magis accendi verbra  
 ejus

ejus, quām in ipsa fere meditatione  
egio solerent. Hos inter Josephus Aco-  
ibiliista, Michael Marcus, Christopho-  
spetius de los Cobos, & alij gravissimi  
urbavac sapientissimi viri, ac Theologæ  
isí per Doctores fuere; neque Franciscus  
Evoc Suarez dignatus est illum audi-  
m ibi tre, velut magistrum spiritus, quem  
ompo in Theologia discipulom quondam  
excep habuerat. Omnim etiam suis in  
onem rebus perplexis certum refugium  
noxi erat: quod, ut alios taceam, exper-  
citus est Petrus de Godoy, qui quod  
cus h se toto die, magna cum cura, ad  
sum propugnandas postridie ex tota  
velut Theologia theses paraverat, dor-  
nso, amite non potuit; questus hoc Lu-  
quidovico, qui suis ei precibus, trium  
bus, in quatuorve (quot petebat) hora-  
ta metrum somnum obtinuit.

## IX.

Non minor ei cura fuit ægro- *Cura*  
dum, tantum; horum unum septies in- *ejus de*  
di verb tra duas horas, magno cum sensu ægrotis.  
*chari-*

charitatis; alium uno die de pore l  
novies, alium s̄epius intra id ut ide  
tempus invisit, ut de obseruat̄ Antoni  
cibus morbi accuratē posset ducere  
cere medentes. Quæ causa fuit tas, n  
omnes, qui eum nōrunt, gratiorū r  
entur sibi, aut optarent eodem tamē  
loci, quo ipse esset, posse vivi runt  
quod ejus exemplis, alloquio depre  
consuetudine plurimum se pr̄nerit  
cturos crederent. Verūm non ria vi  
Salmanticensibus licuit eo t̄ perse  
quia ingravescentibus morbis rāsse,  
psō anno Vallisoletum, ad avū parē  
patriam, remitti debuit. Vbi Gran  
tis annis in præfectura spiritu dis  
complures ad eximiam sanctu Valli  
tem provexit: quorum res a  
copiosè descriptas habemus. So  
*Virtus eos eminet Michael Soler, de  
Michae- Ludovicus ipse, cui perspectissi  
lis Soler, erat, indubitate pronunciavit,  
lum inter sanctissimos homin  
numerandum videri, quos eot*

II. *Ludovici Prefectura spiritus.* 93  
lie de pore haberet in vivis Ecclesia. Nam  
tra id ut idem de illo scripsit anno 1623.  
Feryati Antonio de Arannas, licet non  
osset duceretur à DEO per vias inusita-  
tas, revelationum, aut spectacu-  
, gran lorum cœlestium, extra ordinem  
t eod tamē, & magis admirabiles fue-  
re viva runt ejus virtutes, quām in ullo se-  
oquio deprehendisse Ludovicus memi-  
n se pr̄ nerit. Eas exhibet peculiaris histo-  
m non ria vitæ ipsius, unde h̄ic referre su-  
t eo si persedeo, contentus hoc memo-  
orbis râsse, quōd cū longē majoribus  
ad ali par esset, annos trīginta primis.  
Vbi Grammaticæ Rudimentis docen-  
spiritis impenderit; sancte mortuus  
sancti Vallisoleti z o die Augusti 1615.  
res ætatis suæ septuagesimo.

C A P U T VIII.  
OFFICIA LVDOVICI  
erga Externos.

**N**ON minore industria, fru-  
ctuque

atque se Ludovicus alijs, ex arqu  
 Societatem, impendit, privat pot  
 dirigendo eos, qui ad perfectio viva  
 tendebant ejus auspicijs; pub solat  
*Munus* concionando, & exhortando, dere  
*Confes-* primis ergo permagni facieb qno  
*sarij quo-* munus Confessarij, quod co m mag  
*modo* tales proximè restituantur ing stor  
*obierit.* tiām conditoris, exerceatur on mni  
 genus misericordia, & implea gres  
 officium Sacerdotis, quod est o nis e  
 solūm offerre Deo corpus Chri catu  
 sed etiam condonare peccata: eum  
 nique non exigua in eo difficult cie,  
 ac molestia sit exauriēda, quo ad c  
 cultiū, eo remotiū à peric que  
 plausus humani, cui expositum earu  
 munus concionandi. Multi en ret:  
 sacræ confessionis gratiā venieb Sace  
 ad eum, non è vulgo tantū, / ciun  
 etiam summi ordinis Principi id si  
 Proceres, Antistites: quibus op  
 ram dabat sinè discrimine, prou anit  
 unicuique videbatur congruec eos  
 Cū  
 atq

lijs, ex atque id verbis quidem paucis, tam  
privat potentibus tamen, concinnis, ac  
perfectio vivacibus, ut omnes magno cum  
solatio, & satisfactione ab eo rece-  
derent; estq; animadversum, quot *Oratio*  
facieb; qnot eum accessere constanter, incitat  
magnos in familiaritate Dñi, & vi ad victo-  
tur ingloria sui (quæ duo spectabat o- riam jui.  
mnis ejus adhortatio) fuisse pro-  
gressus. Nolebat loqui cum femi-  
nis extra confessionale: quare vo-  
catus à quadam ad colloquium, ut  
eum videre posset, ac nō se de fa-  
cie, jussit eam, si non placeat ire  
ad confessionale, vocare alium  
quemlibet. Multo minùs adibat  
earum domus, nisi morbus exige-  
ret: quia non conveniat dignitati  
Sacerdotis, circumferre benefi-  
cium absolutionis per domos; cùm  
id sit veré pœnitentium, quærere  
animo demissō Sacerdotem, qui  
eos à vinculis noxarum absolvat.  
Cùm per infirmitatem ad agros<sup>2</sup> studen-  
tare

juvandi itare non posset, utebatur juncto, socio ad latus cavente, ne deret. Ac licet aliquando praebilitate non posset ascendere scalas ædium, quam primum tam ad lectum ægri consedit, ei tantum virium aderat, ut officio fungi set, quasi non fuisset infirmus vestigio tamen, re peracta, redi ei prior debilitas. Idem evenit reciprò, cum in confessionali vix mam reciprocare sineret infirmatas, & qui viderunt, ut ei parceret in alium diem differre vellent negotia; non permisit illos abire sed jussit ea proferre, sensitque spiritum ac vigorem, donec opere esset, abunde suppeteret. Vocal ad infirmos, accurrebat omnibus intermissis, quæ tum habebat manibus, licet ipse quoque fons infirmus; unde cum femina quidam post multas & horribiles ras, execrabilem animam in orcas evomuit.

evomuisset, prius quād ad eam  
perveniret Ludovicus, ajebat, si  
qua in se fuisset mora, doloren-  
tia ejus tarditatis nulla usquam ratio-  
ne sibi eximendum fuisse.

III.

Uti non æḡrē ferebat, si quis, Voluit  
deserto se, mallet apud alium sua pœnitentia-  
re, redib⁹ peccata deponere; ita non facile tibus li-  
tib⁹ recipiebat eos, qui deserebant il- bertatē  
vix al⁹ lum, quocum agere prius consue- esse eli-  
verant. Ita cuidam virgini, suorum gendi  
importunis hortatibus adactæ, ut Confes-  
sionem alteri Sacerdoti confiteretur, qui  
magna cum opinione sanctitatis  
in civitatem venerat, libenter id ei  
concessit, cum ista monitione, ut  
non permitteret se domi visitari ab  
illo, sed confiteretur in templo.  
Cujus mutationis cūm illam brevi  
pœnituisset, non amplius eam ad-  
misit, donec à cœlo, verbis expref-  
sis, inter preces est monita, ne ullo  
allo, quād Ludovico vitæ suæ mo-

G derato-

98      Lib. I. Cap. VIII.      Lud  
deratore uteretur deinceps: quod vicus o  
fecit, quo ad recepta est in familiis bantib  
S Augustini, quae Recollectarum dinum  
dicitur, ubi sancte est mortua. Ibi virg  
nique, ut sua omnibus constanti alieni a  
libertas, nullius unquam admisit una sim  
vota, quibus obstringeretur ad ratum: pre  
bediendum iussis ipsius, neque vita, à I  
voluit unquam relaxatione legum Altera  
hac de re latet à S. Ignatio: qui fundat  
judicaret præstare, suam omnibus gustini  
libertatem relinquere, quām impudicum  
diri id genus votorum religionis est in ej  
tes Mer

Habuit verò multas politissimæ Societatis  
virtutis virgines, quas disciplini eius, mihi  
sua ad illustre fastigium evexit tute, &  
quas inter Aloysia Carvalalia, cui stantem  
corpus etiamnum in Regali Coenobio fuit Ma  
nobio, cui ab Incarnatione est nata vir  
men, incorruptum servatur Matris vitam  
quod deportatum est Londinum per  
Anglia. Nam aësu plusquam gravior  
mineo, divinitus tamen (ut Ludo unquam  
vici)

Aloysia  
Carva  
jalia fa  
ctum he  
roicum.

I. Ludovici officia erga externos. 99  
s: quā vīcus censuit, multis licet impro-  
bantibus) acta, ex Hispania Lon-  
starū dinum p̄t̄venerat, & cūm selectis  
ua. D ibi virginib⁹, in conspectu Regis  
nstan̄ alieni à Religione Catholica, in-  
admis̄ una simul domo sanctissimè vixe-  
ur ad rat: prout uberiùs perhibet ejus  
equel vita, à Luisio Munnocio descripta.  
ne leg Altera fuit Matiana de S. Joseph, Funda-  
trix: qui fundatrix Recollectarum S. Au- trix Re-  
mnib⁹ gustini, peculiari D E I mandato,  
n imp Ludovici consilijs usa; ut videre  
onib⁹ est in ejus vitæ cap. 15. Hls annūme-  
tes Menciam de Padilla, summis in  
icitissim Societatem, ac pauperes benefi- de Pa-  
cipliū eijs, multoque magis heroica vir- dilla.  
avexit tute, & sanguine nobilissimo præ-  
ia, cui stantem. Sed maximè conspicua Marina  
ali C fuit Marina de Escobar, Vallisole. de Es-  
est in tana virgo, prodigo similis. Quæ  
Matr Vitam usque ad annum octogesi-  
dino mūm produxit, sine omni labe  
am si gravioris noxæ, ne leviter quidem  
t Ludi unquam tentatā suā castimonia-  
vici

G 2 sed

sed gravissimis exercita dolorib⁹ corporis, per annos adeo 50. qu⁹ rum ultimis 30. non potuit è le⁹ surgere; imo s̄pē ne movere si quidem integris mensibus; insuper etiam exquisitis, ac diris exemplis cruciata à dæmone. Interim tandem ardore flagrans amoris erga Deum ut fatentib⁹ Medicis, conservare non posset in vivis, nisi Divina patientia. Assiduis quoque recreantibus alloquijs cœlitum, & edocta de rebus futuris, longè distantibus, canis, & summis mysterijs: sic gens familiariter cum Deo, & mulcū hominibus, ac si duas aetas, ac vitas haberet. Multa ministeribus, testib⁹ probata facta Senatui, pluribus h̄ic referre non attinet, peculiari quondam proditura volumine: quæ Ludovicus ipse sex libris deduxit usque ad septuagesimum annum ejus ætatis.

cū

Cum per annos triginta omnium.  
doloribus, quod so. qui  
uit è ele<sup>s</sup> overe si  
is; insup exempl  
rim tac erga Devi  
onseru Divinap recrean docta d  
ntibus, trijs: sic  
DEO, &  
i duas at ulta min  
rtis audi oata fac  
ferre no dam p  
Ludovic que ad us æratu  
cū

rerum suarum virgo illi rationem dedisset, quas rigidissimo examine solitus erat, ipsa sic petente, discutere. Illud hinc omittendum non duco, quod suis doloribus, quos è spinea corona, & vulneribus manuum ac pedum sensit, Christus eam dignatus fuerit; nullo quidem vestigio in manibus ac pedibus conspicuo, nisi quod in eis tactu perciperetur cavitas quædam: lateris autem vulnus oculis patuit, ac sanguine cum aqua stillavit. Cum autem senio, morbis, & minimo cibo, deformata fuisset, quando divinum epulum sumebat, elegans erat, facie plena, & rosea, instar Angeli, ac vires corporis instaurabatur. Cubiculum ejus nihil omnino tetri odoris habuit, sed erat quasi campus apertus, qui perflatur suavibus zephyris; licet semper clausum esset, sine alio lumen,

G 3 mine,

102 Lib. I. Cap. VIII. Luc  
mine, quām candelæ aut lampadis  
ut medici admirati, tot annis, apud  
feminam, graviter infirmam, in  
occluso cubiculo nihil esse grave  
olentiæ, licet nihil odoramento  
rum adhiberetur, judicârint ho  
ab altiore virtute provenire. Prete  
custodem, decem alij Angeli, in  
forma juvenum scitissimorum  
aderant ei semper ad solatia, open  
& consilia. Et cùm non sine tor  
mento cibum sumeret, eiq; Cho  
stus gratiam vitæ sine cibo servau  
dæ offerret, recusavit modestè, di  
cendo; cùm & ipse, & sanctissim  
ejus Mater comedent, se quoqu  
cibo utimalle; quia homo sit mor  
talis & miserabilis, non Angelus  
Multorum sermone celebratum  
est, eam non semel tantum ex Hi  
spania translatam divinitus, in  
Germania præsentem fuisse Reg  
Suecorum Gustavo; & quia cogno  
rat è cœlo, cum anima omnium

fere,  
præsta  
tis ec  
gione  
dem t  
nequ  
Ne  
num,  
sam f  
dovic  
sumat  
tis &  
cuius  
vores  
nulla  
elatio  
missio  
cum i  
ingen  
boli  
toris  
bus, c  
const  
fera

fere, quæ tunc erant in mundo,  
præstantissima donatum esse, mul-  
tis conatam ad Catholicam Reli-  
gionem convertere. Quod equi-  
dem tabulis probatum non habeo;  
neque tamen arbitror incredibile.

IV.

Neque verò cava specie imagi-  
num, vel diabolicis præstigijs delu-  
sam fuisse, magnis argumentis Lu-  
dovicus collegit; quæ fuerunt, Signæ  
boni spi-  
ritus, nō  
diabo-  
lici.

summus nitor, & castimonia men-  
tis & corporis, cum horrore culpæ  
cuiusvis: maxima inter tantos fa-  
vores cœlestes animi demissio, quæ  
quoqu nulla unquam gloria pulsabat, nec  
sit mot elatio: cogitatio semper absque re-  
missione intenta in Dei, magna-  
cum tranquillitate, præsentiam,:  
ingens cura, ne qua sibi fraus dia-  
boli subreperet; quo factum est, ut  
totis viribus obstiterit his afflati-  
bus, donec ipsi divinos esse certò  
constaret: accessit ardens deside-

G 4 rium

rium patiendi multa DEI causa, & in acerbissimis doloribus æquitati animi, & mirus consensus cum DEO: studium vehemens alieni salutis, & in miserijs aliorum sensu tenerrimus: postremò cupiditate directionis alienæ, ut nihil quidquam suarum rerum celaret animi summoderatores, nihil suo sensu, judiciove auderet. Quæ omnia, cù in ista virgine cumulata cernerentur, nulla potuit præstigiarum, falaciarij locū habere suspicio. Cùm autem Ludovico per mortem sibi crepto non parùm doleret, ipsi illi de cœlo gloriosus adfuit, frequentissimè ad eadem officia, quæ illi vivens præstiterat, consolando dirigendo: donec eum post annos novem secuta est, nono die Junij 1653. Christo cum innumeris coælitibus animam ipsius deducente omni autem ordine funus ejus maximis honoribus prosecuto.

V.

In signem Ludovicus dexterita-  
tem habuit in S. Ignatij exercita-  
tionibus, quibus & nostros homi-  
nes, & externos, maximo cum eo-  
rum fructu excoluit. Et nostri qui-  
dem gaudebant eas obire sub illius  
auspicijs; quin & expetebant, ut  
alijs ex domicilijs, earum gratia, li-  
ceret sibi proficiisci ad illum. Quod  
quidem Luisio de Valdivia pro-  
sperrimè cecidit: Nam super illa-  
verba divini Vatis: *Bonus es tu, &*  
*in bonitate tua doce me justificationes*  
*tucas, tot ei considerationes admirabilium,* & efficacissimorum sen-  
suum dictavit, ut postea contesta-  
tus coram sacro judice sit, illorum  
se luminum, ac dulcium animi mo-  
tionum, longo postea tempore  
sensum habuisse & fructum. Ibi  
certè ad Indos proficiendi cepit  
consilium, quod Ludovico pro-  
bante secutus est, innumerabilem

F 5 homi-

*Valet  
Ludovi-  
cus in  
traden-  
dis exer-  
citijs.*

hominum salute. Similem ex illi utilitatem retulerunt aliarum Religionum familie. Abbas Cisterciensis Medinæ Campi talis ab his exercitijs redivit ad suos, ut exemplo suo maximam Cœnobio suis intulerit lucem, omnibus ad imitationem accensis. Alius Ordinis Carmelitani, magnæ inter suos auctoritatis, nō dubitavit afferre, quod si semper duraret flamma, quam verba Ludovici in animo suo accenderant sub exercitijs, haud dubiè se in numero Sanctorum futurum, illumque sibi visum fuisse canalem quendam divini amoris, quem largiter infunderet ijs, quibuscum agebat. Antonius Pimentel, Comes de Luna, inter exercitia doctrinam ejus, velut alatam è cœlo, non nisi flexis genibus audire solitus, & singulari demissionis exemplo, nostris hominibus in triclinio ministrare dignatus

tus est, tantus Princeps: qui cùm  
paulò pòst orbaretur conjugi, in  
flore ætatis lectissima femina, tam  
generosè hoc tulit, ut appareret  
eum ab exercitijs prodijisse medita-  
tum ad omnes casus adversos. Post  
illa verò sèpe ab arce sua, quatuor  
leucas distante, veniebat incom-  
tatus de nocte, ut cum Ludovico  
de animæ suæ rebus agere posset  
sine arbitris. Nec mirum est, illius  
verba tantum ponderis habuisse,  
cùm exercitorum argumenta di-  
stabat; quando ipsem et sic myste-  
riorum illorum æstimatione com-  
moveri solebat, ut totis artibus  
contremiseret, & suum pariter  
conclave concuteret: quod olim  
accidit ei, cùm divinæ Majestatis<sup>9</sup>  
erga sceleratos severitatèm atten-  
tiùs consideràsse.

VI.

Ex hac affluentia lucis internæ,  
qua res divinas contemplabatur,  
nata

Concio-  
nandi  
vis in  
Ludo-  
vico.

nata est etiam illa vis dicendi pri  
concionē, qua magnas fecit con  
versiones animarum ad æternam  
multos commovit ad obeunda  
exercitia, ut quæ audierant, pen  
tiùs considerarent per otium: mul  
tos ad humana deserenda deduc  
in Cœnobia: plerisque excusit  
lacrymas, & imo ex corde suspiria.  
**Concionatus** est autem Villagat  
ciæ, cùm Rector esset, omnibus die  
bus festis, & quibus Salvatorem na  
tum, & à morte redivivū Christi  
celebrant, vel expectant. Sed cùm  
per debilitatem virium corporis  
non amplius posset concendere  
suggestum, nec in eo consistere  
pedibus, deinceps è piano dixit in  
sedili, per loca frequentia, & per  
Monachia Virginum; quo in go  
nere multum excelluit. Hoc nota  
tum est, cùm in sermone familiariter  
nonnunquam hæsitaret lingua, in  
ter concionandum & exhortan  
dum

dum nihil unquam offendisse, sed  
profluenta æquabili potentia ver-  
ba sententiásque fudisse: tanto au-  
tem ardore postremis annis vitæ,  
ut se post unam exhortationem  
domesticam ægrè per aliquot dies  
colligeret: nihilominus tamen  
præsides id officij petebant inter-  
dum, quod ex unica ejus allocutio-  
ne plus emolumenti viderent exi-  
stere, quam è pluribus aliorum.  
Illud obiter dixerō, excidisse illi in-  
terdū cum lacrymis voces, quibus  
indicaret, quo ipse animo foret: ut  
cum dixit, se si quando erravit, nul-  
lum tamen unquam fœdus iniisse  
cum ullo etiam levissimo vitio.  
Nam licet humanum sit labi, re-  
surgere, luctari; nunquam tamen  
ullum peccatum esse admittendū  
in morem & consuetudinem: illa  
enim re nihil esse perniciosius ho-  
mini, qui debet ad absolutionem,  
perfectionemque virtutum con-  
tende-

tendere. Alio tempore dixit, se  
ullum vitæ modum, aut religio  
Deo gratiorem, perfectiorem ve  
novisset, quam nostra sit, protinus  
concessurum ad illam. Nunc au  
tem se invenire in ista, quidquid  
cor suum desideret: quibus verbis  
in auditoribus non parum institutus  
amorem intendit.

### C A P U T    IX.

*LVCVBRATIONES ET LIBROS*  
scripti à Ludovico.

## I.

*Divini-*  
*tus im-*  
*pellitur*  
*ad scri-*  
*bendos*  
*Libros.*

**Q**uos vrit ignis veri amori  
divini, otiosos & inertes de  
gere non finit: semper aliquid  
moliuntur in ejus honorem & ob  
sequia. Cùm igitur ad alia non sup  
peterent vires, & sati s operis facili  
videretur Ludovicus, quod vive  
ret; cœlesti mentis instinctu vehe  
menter incitatus est, ad Libros e  
dendos utilitati publicæ. Sed ipse

non p  
appul  
DEV  
fus ex  
aperi  
fundat  
anima  
divinc  
vires;  
ces ha  
noſter,  
tantun  
anima  
bris, ta  
est in i  
teſt ex  
copioſiſſ  
noſter  
est hoc  
ſupplic  
rogave  
ſervier  
que ſi  
fectu a  
non

non prius animum ad scribendum  
appulit, quām post multas preces,  
Deū ita velle vidit lumine pro-  
fus extraordinario: quod ipse met  
aperuit suprā memoratā Marianā,  
fundatrici Recollectarum, ut eam  
animaret in negotio, quod afflatus  
divino moliebatur, supra feminineas  
vires; de quo illa apud sacros judi-  
ces hēc scripto deposita, *Dominus*  
*noster servus suo, P. Ludovico de Ponte,*  
tantum lumen impedit ad dirigēdas  
animas, scribendas & evulgandas Li-  
bris, tam excellente doctrina, quām  
est in illis videre. Neque dubitari po-  
teſt extra ordinem, & supra naturam,  
copiosissimum fuſſe, quod ei *Dominus*  
*noster in magna abundantia largitus*  
est hoc modo: *Multis diebus prolixè*  
*Suppliciterque Majestatem divinam*  
*rogaverat, ut lucem sibi daret ad bene*  
*serviendum suę glorię per desideria,*  
*qua sibi inspirabat pro bono & pros-*  
*fectu animarum, dirigendo eas suis*  
*consilijs*

consilijs & sermonibus, in libris, quod de doctrina spirituali scribere cogitabat, propter vehementes impulsus, quibus Dominus noster illum sollicitabat, ut faceret. Hæc summa fuit precium ejus multis diebus, cum demum consilium in suo conclavi, tam liberaliter annuit Dominus noster, implendo eudivina luce & amore, ut diu posse non potuerit non dare signa tam copiæ doni & misericordia: & surgens oratione, immemor sui rescriverit quod ageret; sed inter suspiria crebra exultarit; Non plus Domine, non plus lucis: non tantum: satis est, satis est, in cubiculo deambulans vel extra se positus, & fugitans lucis majoris. Addidit ei, cui hæc narravit, & animam suam visam sibi esse vivum & ardentem flammarum, quam nisi Dominus noster mitigasset, actum de vita sua fuisse. Ab eo tempore & servare cœpit, & plus agere cum hominibus, eo opere pretio, quod notum est.

tantumque crevit estimatio sanctitatis ipsius, & prudentia in regendis animabus, ut vix ullus optatum speraret exitum rerum suarum, nisi quas egisset ejus consilio, & interrogasset eum, an recte incederet: atque in hoc tam fuit excellens, ut quidquid dixerō, longe infra laudem ejus futurum sit, propter utilitatem, qua capiebatur ex communicatione cum illo. Hactenus illa, cui ipse hæc non proutus erat, nisi censisset ei necessaria, ad fiduciam cōcipiendam de auxilio Dei, qui delectatur uti infirmitate nostra ad ea perficienda, quorum gloria sue multum intersit.

II.

Lucem illam non solum patefecisse voluntatem divinam, sed etiam ad vexisse divitias copiosas multorum cœlestium auxiliorum, ad scribenda, quæ jubebatur divinitus, ipsæ lucubationes ejus demonstrant. Neque enim aliunde

H. subli-

sublimes illas intelligentias litt  
 egit , a  
 rarum sacrarum , illam copiam sen  
 tientiarum , cum tanta facilitate ac dum  
 declarandi obscuras plerisque mortalit  
 Theologiæ , quæ mystica nomini  
 tur : illam vertetatem ac solidum Primum  
 tem aptissimorum in ambiguitatem  
 mediorum , & alia décora librorum mysterij  
 ipsius , quam à cœlesti luce fluxisse anno 16  
 quis dixerit : ut merito de illo sermone  
 pserit Joannes Rho . Immortalis sermone  
 monumentorum , quæ ab hoc homine Germano  
 scripta , variisque linguis non una moriæ f  
 rum Europa , sed Christianus Orbis le  
 dinandus atque miratur universus : prædictorum  
 rissimam laudem ex quo sibi sapientius Imp  
 & patientia postulantibus . Quamdu verat ; ut  
 enim viribus valuit , gravissimus ma  
 teribus implicitus , magno quidem ant gloriis  
 morum bono egit ; sed posteris minime in laude  
 consulebat : at afflictæ laboribus ac honestius  
 gilijs valetudine , subortisque morbis dovicus e  
 lectulo affixus est , patientia doloribus longo us  
 sustinendis ita strenue partes sua perpetua  
 egit

egit, ut ea veluti procul bellum gerente, sapientiae commentarii liceret; ac dum atteritur vita, consuleret immortalitati. Sic ille,

III.

Primum ejus operum, quæ lucem <sup>primum</sup> aspexit, Meditationes fuere de Operum mysterijs Christi, editæ primūm <sup>eius fuit</sup> anno 1605. ac tertium proximè se- <sup>re Medio</sup> quentibus quatuor annis, Hispano tationes sermonē, ac sæpius postea Latīnō, Germanō, Gallicō, alijs. Eas memoriæ felicissimæ Imperator Fer- dinandus II. Principum Christianorum religiosissimus, inter sum- mas Imperij Romāni cūras, ita tri- verat, ut auditus sit dicere, se illas tenere memoriā. Quo iudicio tam gloriosi Cæsaris, nescio an quidquā in laudem ejus libri afferri possit honestius. Nec mirum, quia Ludovicus expressit in eis, quidquid longo usū, assidua meditatione, perpetua sui mortificatione didi- egit.

H 2 Cerat,

cerat, & ut Petrus Ribadeneirano  
tavit, non tam ex aliorum libri  
hauserat, quam in se ipse experto  
*Secundū* erat. Secutus est anno 1609. Du  
*Dux spi-* spiritualis: quem P. Mutius, Soci  
*ritualis.* tatis præpositus Generalis, grav  
simus judex rerum istarum, suum  
Ducem nominabat, quod ipso pri  
mum uteretur, præsertim in au  
nuo secessu à negotijs, & curis reg  
minis. Id opus cum propter sol  
dissimam juxtā, & altissimam do  
ctrinam Theologiæ mysticæ, plu  
rimi faciant viri doctissimi, & in  
rebus Asceticis exercitatiissimi, fe  
lus Ludovicus visus est leviden  
putare. Nam interrogatus, an ip  
magno steterit ejus compositio  
spōdit, quam qui minimo: fortassis  
deo, quod eam doctrinā non rec  
& operosa commentatione colle  
gerit, sed ex usu familiari descrip  
rit: quod utique non magni nego  
tij fuit, Hoc circa hunc librum

cven

L  
evenit  
Delrio  
rus, alic  
perat, i  
ste aqua  
perdidit  
Aliud i  
petivit  
aliud no  
ijsdem  
refecit,  
quæ per  
& səpiù  
minis,  
moriā  
ctione l  
anno 16  
quez, è  
libris pr  
dicebat  
ditionis  
rat, affa  
çquè di  
cantici

evenit non silendum. Martinus Delrio secus flumen deambulatus, aliquot libri folia secum accipit, ut ea recognosceret, ac posteaquam legit, nescio quo modo perdidit, ut reperire nequiverit: Aliud igitur exemplum illorum, petivit ab Authore: sed hic, quia aliud non habuit, sumpto calamo, ijsdem sententijs, imò verbis illa refecit, quibus exarata fuerat folia, quæ perierant; admirante Delrio, & sèpiùs de prædicante miram hominis, sive felicitatem, sive memoriam. Tertium opus de Perfectione hominis Christiani prodijt *Tertium opus de anno 1612.* de quo Joannes Marquez, è sacra S. Augustini familia, libris præclaris notus in Hispania, dicensbat, quidquid cujuslibet conditionis homo Christianus requiriatur, affatim in eo suppeteret: quod eque dixeris de expositione Morali canticū Salomonis, duobus volu-

H 3 mini-

minibus magnis latinè edita aq[ue] 1622. His aceedunt historiæ P. Alvarez, & Marinæ de Escobar, quorum ista nōdum data est in lucem.

*Sextum.*

*Res Ma-*  
*rinae de*  
*Escobar.*

Addi possunt Epistolæ ad diuersa & Responsa, libros bene magnofactura, si colligantur. Directorio post obitum ejus editū, anno 1621 in Germania nondum vidimus.

## IV.

*Librorū* Magna his operibus Ludovicus eius æstie accessit æstimatio à præcipui nominis viris. Quos inter ex ordinis

S. Benedicti nobilissimus tota Hispania Concionator, Alfonso de Herrera dicebat, se absque hoc ponte nullum fluvium posse transire. Robertus Cardinalis Bellarminus, sapientum & sanctorum Antistitutum exemplum, assiduo liberos illos usu cum pietatis gusto versabat, præsertim ultimis annis. Multi Vallisoletum venere magni itineribus, ut eorum Authorem

vide

viderent. Lugduno ex Gallia Pro-  
vincialis Franciscanorum Ludo-  
vici visendi causa Vallisoletum  
venerat, narrans miracula muta-  
tionum in hominibus factarum  
per libros illius. In ejus conspectū  
ut venit, pro volutus conabatur  
eum pedum osculatione venerari.  
Sed eum Ludovici modestia ne ad  
manus quidem osculum admit-  
tente, aliquamdiu ambo inter se  
reverentia certarunt è genibus,  
donec neutro victo, utroq; victore  
& modestiae palmam consecuto,  
familiari sanctoq; colloquio Pro-  
vincialem Ludovicus tantis im-  
plevit solatijs animi, ut fassus sit,  
longissimæ licet, atque gravissimæ  
professionis pretium se copiosum  
retulisse à sermone viri, tanto lu-  
mine, sanctitate, & sapientia cumu-  
lati. Simillima sunt experti alij  
Religiosi, qui cum eo sunt collo-  
cuti. Ad commendationem corū

H 4 libro-

librorum pertinet, quod Martinus de Escobar quondam divinitus ostensus est Ludovicus, in æquoum amplissimi campi concionem habere, ad infinitam multitudinem audientium. Nam admiranti hanc virginem, quod eo tempore ille ob amplius concionaretur, à Deo sponsum est, immo cum etiam numerum concionari per suos libros, qui ubique terrarum legantur. Et potest videri profectionē ad Indos, quam desideraverat, compensatam et modo fuisse, ut quod non poterat ipse, venirent ejus monumenta librorum,

## V.

*Viso de  
his li-  
bris.*

Alia ex Recollectis S. Augustini scripsit, inter orandum exhibet sibi auream scalam novem graduum quorum tres infimi nigro operi per doctrinam Ludovici, pie viventes incipientes ad peccatorum detractionem, confessionem, & poenitentiam

tentiam ducant; tres medij operti  
cæruleo, proficientes ad meditationem, communionem & imitationem Christi promoveant: summi tres yario colore strati, jam perfectos elevent ad conjunctionem cum Deo, per contemplationem cruciatum, & Gloriarum Christi, & attributorum Dei. In fastigio scalæ libram vidit, cuius una lanx aurea fuit, ex argento altera. Librâ intellexit significari prudentiam, qua pondera rerum, omniumque distorum examinabat, aurea lancea Charitatis, & argentea purissimæ semper intentionis, homines ad puritatem cordis, & amorem Dei ducendi. Alio die vidit eadem interorandum viam per amplam, qua incedebant homines diversi fastigi, sed quia nox erat, & offendicula multa, satis periculosum absque laterna, quæ relucens in mediâ viâ securum iter præstabat. Significa-

H 5 batur

batur autem eâ liber Ludovicus  
quem Ducem spiritualem insci-  
psit, aptissimo nomine.

Atque iste cursus fuit vita  
munium Ludovici: libro sequent  
virtutes ejus, & ornamenta coel-  
stia prosequemur: postea morten-  
& quæ illam secuta sunt,

## LIBER II.

*DE P. LUDOVICI DE PONTE  
VIRTUTIBVS, ET EXIMIS  
DEI donis.*

### CAPUT I.

*EXCLEN. HUMILITAS  
I.*

**I**c vtr hæc spatiā , priu-  
quam in eis hanc mundi  
machinam Deus conde-  
ret, erant inania: sic & mentes, in  
quibus cœleste sibi palatum , ei  
heroicis virtutibus, ac cœlestibus  
ornamentis parat, omni prius asti-  
matio-

matione sui ipsarum evacuat: quia  
nihil nisi super inane struit manus  
omnipotens; ut adeò hęc inanitas  
omnium summarum, atque etiam  
Theologicarum, quę vocantur,  
virtutum sit sedes: quę cūm in  
Ludovico futurę fuerint lögē ma  
ximae & illustrissimae, per amplam  
ad eas capacitatem attulit ab ine  
unte ęstate, per summam humili  
tatem se à seipso evacuans. Nam  
ut habetur ex ijs, quę ipse met sibi  
annotata reliquit, singulari quo  
dam studio ferebatur in illam, ma  
xime posteaquam luce divina al  
tius penetravit se in sensum ver  
borum istorum: Intellectum dat  
parvulus: Revelasti ea parvulis, &  
nisi efficiamini sicut parvuli, non in  
trabis in Regnum cęlorum: quibus  
in verbis peculiarem delectatio  
nem, ac sensum scribit se invenisse.  
Quia verò ad verę humilitatis con  
secutionem necessaria est sui ipsius <sup>1. gradus</sup> ad Hu  
cogni-

militatē cognitio, in eam his modis devit,  
sui ipsius cognitio, ut ipse descripsit. Alio die, in  
quit, in oratione habui aliud lumen  
breve, quasi fulgur, quo videbar mi-  
esse quasi quoddam instrumētum Dei  
in operibus quae facit, Salva tamen  
hominis libertate. Nam ut instrume-  
tum de se nec mouetur, nec moui-  
potest, nec facere quidquam; ita ego  
me nihil sum, nihil valeo, nihil possum  
si Deus meus potentias accipias in  
manus, faciam bonum; si me dimittas  
non faciam, nisi errores. In hoc exer-  
cio propriæ cognitionis ultra sex mensa-  
perrexi, cum multo sensu, & varijs  
militudinibus: ut illa Isaiae: Nun-  
quid gloriabitur securis contra  
eum, qui secat in ea? & calamiscri-  
ptorij: Lingua mea calamus scribi-  
palmitis: Sicut palmes non potest  
ferre fructum à semetipso: infan-  
tis, qui ambulat ad manum matris, qui  
si ei non det cibum, moritur fame;  
non purget eum, manebit in sordibus.

Si non ter-  
Hacten-  
gnitioni-  
cultate p-  
dum hu-  
vilipensi-  
tigat suar-  
cognovi-  
pendere  
tiebar qu-  
hanc exig-  
Ab ho-  
limiorer-  
modò p-  
despici, s-  
contém-  
quām ip-  
non hab-  
admove-  
sed potiu-  
Quod e-  
non poss-  
do, ut de-

*si non teneat eum, cadet in terram.*  
Hactenus ille. Quo exercitio cognitionis tam diuturno, sine difficultate pervenit ad primum gradum humilitatis, qui est sui ipsius vilipensio, dum quasi manibus testigat suam inaniam, & experimento cognovit, quomodo totus a Deo penderet. Unde subjungit: experiebar quodam peculiari modo in me hanc exiguitatem, ac dependentiam.

## II.

Ab hoc ad alterum gradum sublimiorem evectus est, ut jam non modò pateretur a quo animo se despici, sed etiā desideraret ab alijs contemni, ac tam parvi pendi, quam ipse se norat; gaudendo, si non haberetur sui ulla ratio, neq; admoveretur ad honesta officia: sed potius dolendo, si offerrentur. Quod etsi principio visus est sibi non posse impetrare a se ullo modo, ut delectetur sui neglectu, despectu,

spectu, & ignominia; tamen post  
quam die quadam, à Sacro, luce  
divina collistratus, agnovit ho  
posse fieri, magnam in spem ven  
eius obtinendi; cuius etiam de  
derium scribit in animo suo en  
visse: quod quidem verum signat  
esse solet, largiendum esse, quo  
quis contendit impetrare à Deo,  
desiderium & spem illius expre  
tur in se; quasi hæc sint p̄missa  
& liba donorum cœlestium. Eu  
hujus quidem doni abunde con  
potem esse factum constabit ex ijs  
quæ infrà dicuntur. Sed neq; terri  
summoque, ut Doctor seraphicul  
enset, humilitatis gradu destitu  
tum fuisse, ex verbis ipsius mani  
festè perspicitur. Nam si obscur  
vitijs & peccatis vilipendat seipsū  
nihil mirum, sed potius est nec  
sariū, & omni jure fit. Si autem ex  
ijs DEI donis & gratijs affluens  
magnaque in existimatione homi

*Tertius  
gradus  
Humili  
tatis.*

ostei num positus, de se humiliter sen-  
lucet ipse, & idem de se alios etiam.  
t ho sentire cupiat, is enim verò summū  
ven hujus virtutis culmen ascendi.  
dei Sed recitemus, quæ de hoc ipse  
o en annotata reliqui.

## III.

Inter omnia sensa & veritates, Sensa  
quas agnovi, unde plus profecerim, Ludovi-  
quovis tempore meo, adverso & prospero, ci de hu-  
militate.  
Eo sensi me verè indignū esse omni bono, Homo  
tam eo, quod habeo, quam eo, quod non indignus  
habeo: & sic dixi, quando illorum usus omni  
erat sum indignus luce, qua video: in bono.  
dignus aura, qua respiro: indignus lym-  
pha, quam bibo; pane, quo vescor: veste,  
quæ tegor &c. indignus omni luce spi-  
rituali, omni cōsolatione, lacrymis &c.  
indignus, qui veniam ad conspectum  
DEI: indignus qui vivam in hoc mun-  
dointer homines: indignus qui sim in  
purgatorio carcere inter tam nobiles  
animas: indignus qui comedam panem  
filio-

filiorum DEI, &c. dignissimus om̄is albo vesci  
arumna, contemptu, dolore; dignissimus, qui sim in inferno ad pedes Lao magnum  
feri: dignissimus omnibus tenebris ego servit  
siccatibus.

Alia vice me sensi, quasi nihil unde de cœlo, et  
& erga DEVMeſſe, ut aér lucidus citibus in  
erga solem. Non solet aér per se esse stationes  
lucidus, sed quotidie pendet à sole, didit: D  
ego quotidie pendo à DEO, in oratione, in meis actionibus, &c.

Ex 1  
Tanquam Alia vice me sensi coram DEO  
brutum. quasi brutum, aut hominem rudem, meo, di  
indiscretum, qui nesciam facere ullum hac mo  
discursum, non habere ullum bonum tem DEI,  
sensum, nec facere quidquam bona, den  
& mancipium. Alias me habui promancipio infidelis feſtique  
cipium. rebelli, & qui sim in rebus DEI, fuit  
etans ad rationes ipsius, &c. Mancipium est res domus erfirma, cui praecepit  
tibi ex jbitatione, victu, munijis &c. Non spiritualia  
dignum reputat, neque presumit affectuum  
vores, qui exhibentur filijs: nec pa

albo vescitur, quo illi; omnibus obedit,  
omnes imperant illi: & hinc ego me  
magnum reputo, O Domine, quia  
ego servus tuus, & filius ancillæ  
tua. Hac si anima sentiat, cum luce  
de celo, videt se liberam à multis affe-  
ctibus inordinatis, ad honores, ad oble-  
ctationes, officia &c. Ideo David ad-  
dixit: Dirupisti vincula mea.

IV.

Ex his notionibus de nihilo Monita  
meo, diversis temporibus collegi de humi-  
litate, hac monita.

1. Curare, ut affectum & voluntati  
tem DEI, à qua provenire debet omnia  
bona, demerear obsequijs, exactè per-  
fectèque faciendo obedientias ordina-  
rit.

2. Vbi feceris voluntatem DEI  
cum omni perfectione, qua poteris, scias  
tibi ex justitia non deberi ullâ dona  
spiritualia illustrationum, sensuum,  
affectuum, lacrymarum, qna DEVS  
nec pa-

I largi-

largitur, quibus vult, & sicut videtur, se videam.  
Dicite, servi inutiles sumus.

3. Quando post expletam voluntatem DEI, me tractaverit asperè, fricatibus, laboribus affixerit; non debo despondere animum, nec indignum quia DEVS me tractat, ut mereor; ut aequi bonique consulam, satis ipsum sic velle.

4. Quia DEVS est liberalissimus & munificentissimus, ego vero sum inops; ac certum est, in DEO nostro misericordiam non esse: ergo in meis peccatis ipsius quidem non levibus.

5. Credere debeo, mea opera esse plena, licet occultis, imperfectionibus quia sentio tam exiguum profectum nam cum illa per se sint tam efficaciter oratio, Missa, obedientia, &c. multæ forent aversiones gratia, judei, & omnium dudum plenus essem.

6. Credere debeo, DEVM largi magna dona domesticis, & externis præsertim Religiosis, licet illa ipse vel negligenter contumelias, & luntatis, videam.

videam. Quare supprimitur occulta  
quædam superbia, quæ solet alicui vi-  
deri, se solum esse spiritualem, & alios  
omnes præ se despicit.

7. Conferendo propria peccata oc-  
cultæ, cum occultis donis aliorum, est,  
unde me humiliem, & minoris aestia  
mem alijs omnibus. Unde mihi sæpe  
videbar esse inter domesticos, ut cor-  
vum inter columbas: & columbas ve-  
nire ad corvum, pro consilio & direc-  
tione.

8. Videor mihi, quasi homo, qui ha-  
bet omnes partes corporis plena sulce-  
ribus: & primos motus fædissimos, que  
orientur in me, accipio quasi teturum  
odore. Ulcerosa est imaginativa, intel-  
ligentia, voluntas, appetitus ac sensus,  
cum omni genere lepræ, gangraenæ, ve-  
næ, jaunæ, & omnibus fere actionibus miscer-  
se aliquod virus superbia, vel quæstus;  
vel negligentia, vel voluptatis, vel  
contemptus aliorum, vel propriæ vo-  
luntatis, vel inconstancia &c. Ista  
J 2 eogi-

cogitans s̄ape clausi oculos, ut sine com-  
paratione mei cum alijs, quasi infan-  
tia bestia, quæ se cum nullo alio compa-  
rat, dicerem; Ut jumentum fac-  
sum. Atque ut sentirem, me esse  
peiores demonibus, ingratiorem illis  
ac dignum collocari sub pedibus illos  
inter alias rationes hac erat; q̄  
Christi adventus, Passio, Mors, Co-  
pus & Sanguis, propter me fuerit  
non propter illos: ideo sum illis ingra-  
tior, quia ingratus pro maiore beneficio  
quod DEVS hominibus præstitt, no-  
Angelis. Ista consideratione, qua videt  
batur locus mihi conveniens esse in  
fernus, liberabar à multis motibus  
perbia &c. Et sic dicebam illud S. Ja-  
Quis mihi tribuat, ut in inferno  
protegas me? Hactenus Comme-  
tarium Ludovici.

## V.

*Exerci-  
tia hu-  
milita-  
ris.* Neque aliter fecit, ac sensit. Na-  
cūm tanta esset ejus apud omni-  
mos ac summos opinio, tam con-

spic

spicua & eximia DEI dona, tam in-  
culpati mores & sancti, tanta de-  
nique erga omnes merita, ipse ma-  
gno cum gusto, quasi minimus o-  
mnium, occupabat humillima-  
quaque officia, non tantum in  
templo verendo pavimentum,  
sed etiam in culina, obediendo &  
coquo, & socio ejus mediaстino se-  
culari, in valetudinario eluendo  
vasa, domi ædes familiares pur-  
gando, & in nitore servando, in-  
triclinio accum bentium ad men-  
sam pedibus oscula pangendo, cre-  
bro suas culpas genibus flexis accu-  
sando ac deprecando, ultimum,  
ubique locum affectando, infir-  
mitatum suarum obtentu. Nullum  
admisit unquam socium, qui cura-  
ret ejus cubiculum, aut alia præsta-  
re officia ad ipsum spectantia, nisi  
coactus ultima necessitate; in qua  
tamen ipse præcerpere solebat.  
quidquid poterat operæ. Et cùm

J 3 jam

jam adeò debilitatis redactus esse  
ut vestes induere, & exuere solus  
non posset, curavit sic aperiri tuni  
cam & thoracem, ut sine auxili  
posset induere, tametsi non sine  
molestia. Calceos quondam, quon  
diu luctatus non posset exuere, su  
perveniens infirmorum curator  
diu recusanti detraxit, at ipse indo  
luit, quod hoc obsequij admirare  
ab eo, cui pro verna esse non po  
set. Nullum unquam ex eo verbis  
auditum est, quod ejus laudem  
aut estimationem propriam ols  
ret, neque inter disputandum in  
scholis, aut in colloquio familiarium.  
Nunquam indagavit, an probare  
tur ea, quae dictaverat; nunquam  
an libri sui vulgarentur, aut accep  
issent: si quis de illis injecisco  
mentionem, Deo gratias, ajebat  
ac sermonem dexterè derivabat in  
alia. Si quæ in laudem ejus afferren  
tur, ita videbatur sentire, ac si va  
grandem

grandem contumeliam passus fuisset. Nemo audivit eum vel excusantem se, vel incusantem alios: multò minus murmurantem, aut jacentem acerba dicta, vel mordacia: denique nulla unquam in re aliiquid in alios authoritatis arrogare sibi est visus, aut eminentia. Si quid aliquando diceretur, quod saperet aliquem ejus contemptum, nihil reponebat; sed non poterat vultu dissimulare lætitiam, quam animo capiebat. In disputationibus quoque nihil movebatur, si quando volitarent missiles verborum aculei; si que videret aliquem argumento suo gravius premi, facile desistebat ab eo: studiosè omnem ingenij ac doctrinæ ostentationem devitans, quæ non esse necessaria. Denique servavit accuratissimè propositum, quod his verbis notavit. *Debeo procurare humilitatem interiorem & exteriorem,*

f 4 coram

egoram D<sup>E</sup>O & hominibus, in omnibus  
rebus eligendo viliora, exponendo  
contempnui, ac D<sup>E</sup>V M rogando, ut  
despici sinat: neque dicendo quidquam  
etiam indirecte vergens in mean-  
laudem, nec recensendo meos dolorum  
aut ullam rem meam, sine eviden-  
tia necessitate.

Pronus  
est ad  
audiendā  
alio-  
rum con-  
silia.

Etsi verò tanti consilij forent  
judicij, ut ob id omnes cum yent  
rarentur, non tamen deditabat  
consilia petere ab alijs, longè infe-  
rioribus virtute ac prudentia, illis  
libenter parebat, præsertim in re-  
bus ad se spectantibus, etiam Novi  
tijs, & alijs, quorum erat magister  
ac pater: atque hoc, etiam si yide-  
ret, magnas inde sibi oborituras  
molestias, uti quondam accidit  
quando secutus alienum consilium  
plurimis contradicentibus nullum  
verbum respondit, neque ut promi-  
erat, culpam ingrati successus re-  
jecit in authorem consilij. Alio-

tempo

tempore primi nominis Antistes<sup>3</sup>  
cum consuluerat de viginti sex,  
aut septem, capitibus perquam  
difficilibus: Respōsa dedit ad sin-  
gula, neque tamen ea priūs remisit  
Prelato, quām uni filio suo spiritu-  
ali, qui secularis erat, recensenda  
& corrigenda dedisset, magna cum  
utriusque admiratione tantæ sub-  
missionis. Honorata munia tam  
refugit, quām desiderant multi;  
& cūm videret ea se non posse ef-  
fugere, varios à DEO morbos im-  
petravit, quibus ad illa jam alligari  
non posset. Duo quādam à Supe-  
rioribus flagitavit enīxim, quorum  
neutrūm obtinuit, missionem ad  
Japones, & ut vitam totam tradu-  
cere posset in docenda Grammati-  
ca; quod munus ranti faciebat, ut  
videretur id invidere magistris;  
quod magni sit momenti, si obea-  
tur ijs modis, quibus cupit Socie-  
tas.

J S VII.

## VII.

Illud etiam fuit humilitatis  
quod cum per infirmitatem con-  
potis eos, a quibus expetebatur  
adire non posset, neque tamen  
vellet eis deesse, nullis modis in-  
duci potuerit, ut admitteret vehi-  
culum, quod ei certatim offereba-  
tur a primariis hominibus; asse-  
rens, id genus commoda non con-  
venire paupertati sua, cui suffici-  
asellus, quo possit subvenire suam  
opem poscentibus. Erat pro den-  
diculo pueris, cum viderent senem  
osseum, asino impositum, a socio  
juxta incedente, teneri ne decide-  
ret: at ipsi eadem irrisio pro dele-  
ctamento fuit. Vnde nec passus es  
sibi persuaderi, ut publico decli-  
nato, saltem incederet per pome-  
rium; sed triumphantis in morem  
ad exemplum Christi, per medium  
forum, & loca frequentia jucundè  
perrexit; ijs, qui cum irriserant

*Amat  
irridores.*

prius, q  
sent, in  
ratione  
tem ter  
ptus, c  
sto, qu  
su. Propo  
per unum  
detegena  
tus. Hic  
fessarius:  
coram qu  
tempur  
de quod  
peccato  
tantum  
in se vin  
dolores  
non des  
cordia,  
det, ut v  
me conser  
succidat  
dio affec  
prius

prius, quod nondum illum novis-  
sent, in magnam ejus postea vene-  
rationem conversis. Quanto au-  
tem teneretur desiderio contem-  
ptus, coniugere est ex ejus propo-  
sito, quod ipse annotavit hoc sen-  
su. *Propositorum feci, eligendi mihi sem-* Quærerit  
*per unum, coram quo me pudefaciam,*, *confusa-*  
*deregendo & exaggerando meos defe-* nem.  
ius. Hic autem erit Superior, vel Con-  
fessarius: *quia non convenit hoc fieri*  
*coram quolibet.* Magis hunc sui con- Optat  
tempum aperiunt ea, quæ scripsit sua pec-  
de quodam suramo sensu horroris cqua pu-  
peccatorum suorum; quem ait niri à  
tantum fuisse, ut desideraverit illa DEO,  
in se vindicari à justitia divina, per  
dolores & ignominias, dummodo  
non destituatur prorsus à miseri-  
cordia, dicens cum Jobo: *Quis*  
*det, ut veniat petitio mea? qui cœpit,*  
*me conterat: solvat manum suam, &*  
*succidat me.* Addit, se intimo gau-  
dio affectum ex poenis irrogatis à  
divina

divina justitia; quia in eis divinis  
vis Majestatis relucet; adeoque ga-  
visum, quod sit aliquis locus piaci-  
laris, in quem speret se mittendum  
a Deo, ut expiat suas culpas, debet  
persolvat, & ad meliorem sanctio-  
remque vitam perveniat expiatum.  
Et gaudium quidem hoc de justitia  
Dei, & lustralibus poenis, testatur  
se etiam corporeo sensu percep-  
se. Quibus animi persuasionibus  
de sua indignitate, quid profun-  
dius, an sublimius, esse possit, haud  
facile dixeris. Certè tanto spon-  
gistique loquebatur de hac virtu-  
te, ut mentes etiam vanissimas ejus  
amore aspergeret.

## VIII.

Meritò igitur quanto minoru-  
faciebat se ipsum, tanto magis apud  
omnes crevit eius existimatio: ut  
viri Principes & Prælati, vene-  
bundi ad eum viserent, nulla per-  
mittentes ab eo sibi exhiberi,

mo-

moribus aulæ, signa honoris: quin etiam si reperissent eum ægritudine attentum in lecto, manebant flexis genibus coram eo, quantumlibet reluctante. Fuit cùm Sacri faciendi causa, eunti ad Collégium S. Ambrosij, soluta esset corrigia calcei: quam cùm religare vellet, qui comitabatur juvenis<sup>s</sup>, postea religiosus Ordinis S. Dominici, non permisit hoc modestia Ludovici; & mirum, paulò pòst eligata apparuit, némine conspecto, qui manum admovisset: ut videatur altiore vi sic honoratam ejus humilitatem. Cum jurejurando retulit Augustina Recollecta, <sup>Quām</sup> grata celebris divina familiaritate femina, <sup>D'E O</sup> quondam oranti objectam esse fuerit divinitus sedem, gloria, lumine, & <sup>eius hu-</sup> gemmis fulgentem, quæ destinata sit Ludovico, in præmium suæ profundæ humilitatis, qua minimi faciebat, & omnino despiciebat <sup>militas.</sup> scipsum;

seipsum; Deo acceptum ferebit  
quidquid haberet, aut ageret bonum  
alios omnes estimabat se melius  
subiiciendo se omnibus, qua  
tumvis inferioribus virtute, &  
pientia: ornatum vero sedis illius  
ex auro & gemmis, intellectus ei  
charitatem, ceteraque virtutem  
quibus decorabat humilitatem  
suam, in qua studuit semper magis  
magisque excellere. Atque ex loco  
qua spargebatur ab hac sede, in  
magnam suam vilitatis agnitionem  
scribit se ipsam pervenisse, cum  
horrore feditatis culparum sua  
rum, quibus mereretur omnem  
ignominiam, & contemptum.

## CAPUT II.

MAGNANIMITAS  
LVDOVICI.

## I.

**V**tri magnorum Theologo  
rum sententia, etiam nobis  
affentia

assentientibus, eadem virtute ma-  
gni atq; humiles sumus, diversum  
ex diversis officijs nomen, Magna- *Qua sit*  
*nimitatis, & Humilitatis consecu-*  
*tâ: sic illa mirabilis, quam descri-*  
*psumus, animi in Ludovico demis-*  
*sio, rerumq; suarum contemptus,*  
*non impedimento, sed incitamen-*  
*to, & adjumento fuit, ut ad maxi-*  
*ma quæque obsequia divinæ Ma-*  
*jestatis omnibus viribus enitere-*  
*de, in*  
*tionem, cùm*  
*m su-*  
*onem*  
*um.*  
A 3. *in suo commentario sèpius lauda-*  
*to, & infrà laudando, suum de illa*  
*sensum, lumine coelesti acceptum,*  
*descripsit. Magnanimitas, inquit,*  
*est humilitas heroica, parvi pendens*  
*magnos honores: Magnanimitas est*  
*facere magna, & non extolli, nec eva-*  
*nescere propter illa: Magnanimitas*  
*est implere perfectè omnes leges &*  
*regulas, & habere se pro abjecto servo,*  
*Si utili, S. Bernardus: Magna & rara*  
*Virtus,*

virtus, ut magna licet operantem in eum, c  
magnum te nescias; & manifestan Christus L  
omnibus, tuam te solum latet tet opera  
sanctitatem. Proprium DEO e me, done  
cum magnanimitate facere pro suis  
mictis grandia, vel tam grandia, ut m  
jora esse non possint, vel cum tanto de non nisi i  
siderio, ut cum habeat ea pro exigu spectavit,  
paratus sit ad alia majora, sicut ad su, quando  
videm dicebat. Et si parva sunt ista magna et  
adijciam tibi multo majora. Ita magna  
sunt, que sacra scriptura Joann duè mem  
vocat opera DEI, cum dicit: qui operari ope  
faciemus, ut opcremur opera DEI fuit, qua  
Opera DEI sunt opera praecepta, vel con tuum dixi  
sulta à DEO, & facta eo modo, quo DEI unus mor  
illa facere solet; Ea semper sunt in ad inferos  
gna, & hebraeo modo loquendi, quo quis in sta  
tuntur S. Litteræ, quacunque præstua  
tia & eximia vocari possunt res & op  
ra DEI: Justitia tua montes DEI  
Superest aliquis de domo Saul, in do securi  
faciam cum eo misericordiam DEI  
Et, Hoc opus DEI est, ut credat in  
dovicus; minus à fe  
degit, no

Quid sit  
operari  
opera  
Dei.

ntem in eum. Applicabo mihi, quod dixit  
ifestan Christus Dominus noster: Me oportet  
lateri operari opera ejus, qui misit  
eo in me, donec dies est. Joann. 9.

II.

Hoc lumine, hic Deus i servus  
antibus non nisi magna, & perfecta semper  
exiguū spectavit, in totius vitæ suæ decur-  
ad Dñm su, quando etiam exigua non nisi  
int ista magna cum perfectione, quod ve-  
a. Ita magnanimitatis est, fecit; assi-  
annu duē memor ejus dicti; Me oportet  
t: qui operari opera Dei; cuius indicium  
ra Dñm fuit, quando quidam Prædicato-  
vel con tuum dixit illo præsente; si tantum  
so Dñm unus mortaliū esset damnandus  
sunt me ad inferos, satis id fore, ut maneat  
i, quo quis in statu religioso, ut hoc mo-  
præsta do securior sit, ne forsan ipse sic  
tinus ille damnandus. Excepit Lu-  
dovicus; immo, si omnes forent se-  
culi de felicitate æterna, se nihilo-  
minus à statu perfectionis, in quo  
redat, non recessurum: quo dicto

K. innuit,

innuit, se non tam securitatem sp  
ctare suæ salutis æternæ, quæm pe  
fectionis eminentis in obsequi  
DEI.

III.

Clariū expressit in suo Compendiō omnibus mentario, quid animo destinat, lens esto; cùm sibi modum operandi praestit, qualia ac p̄sit, his verbis: In omnibus op̄ nostris tan-  
Magna-ribus tuis præcellens esto. In sensibus in-  
nimus tio Divinitatis est, facere bona op̄bris, & fa-  
facit o- sine turbatione; cù amore, sine qua rum anima  
mnia si- cum magnanimitate, sine præsumptiōne, terrestribus  
ne qua- ne, parvi ea ducendo, licet magna sum perfectione  
stu, per- Ista effigies Divinitatis accipitur mica, quam  
turbati- modo, quem in agendo DEVS obseruit tam passer,  
præsum- Proprietas DEI est, summa occupatio triga, quam  
ptione, cum summo otio, sic agendo, ac si nō sunt opera  
ageret. Cum tranquillitate judicat, cionem, ac  
Proprietas DEI est, facere bona ex prietatum, op̄eribus, qui  
more, sine spe lucri à suis creaturis. D modam doc-  
ligam eos spontaneè. Proprietas DEI, & magnanimitas est, pro sua DEVS ate-  
miciis facere magna, ac si parūm faciat, hanc imagi-

I. Ludovico Magnanimitas. 147.

temps  
am pe  
sequi  
et & ei magna dona impetrare, quasi  
nt exigua. Qui dat omnibus  
luenter, & non improperat.

undo sic agitur, est imago Divinitatis,  
& impletur illud Ecclesiastici;  
In omnibus operibus tuis præcel-  
lens esto. In omnibus, magnis & par-  
tibus, qualia cuncte sint, DEVS Dominus  
noster tantum perfectionis posuit in  
sensibus internis, & externis, in mem-  
bris, & facultatibus motivis exigu-  
is, quantum animalium, quantum in magnis  
sumptu terrestribus, marinis, aërijs. Tantam  
perfectionem habet in specie sua for-  
mica, quantam Elephantius in sua; tan-  
tam passer, quantam aquila; tantam  
trigla, quantam balana. DEI perfecta-  
sunt opera, Ita justus tantam perfe-  
ctionem, ad exemplum dictarum pro-  
phetatum, adhibere debet, in parvis  
operibus, quantum in magnis; quemad-  
modum docet S. P. noster Ignatius. O  
DEVS aeternæ, pinge in anima mea  
banc imaginem tuae Divinitatis, ue-

K 2 operer

Lud  
affirmari  
sum, au  
deprehend  
in illa, qu  
personar  
cursione  
possent:  
exemplar  
num exce  
Divinitat  
Sed nequ  
tetus, adh  
utiple an  
tatio, qu  
Blosio, p  
deris actio  
tur DEO c  
bus Christi  
pertate C  
obedienti  
lores cum  
genus obl  
multimo  
stravit sit  
affl

operer bona cum magnanimitate, si  
presumptione; cum amore sine qua  
cum pace, sine turbatione. O Pa  
aterne, da mihi primum, per Filii  
tuum: O Fili Unigenite, da mibi  
cundum, per Matrem tuam: O San  
spiritus, da mihi tertium per Patri  
& Filium, & Matrem ejus. Hunc  
randi modum inveni praecepue in  
sto, ut homo est: tum in ejus Mu  
sanctissima: denique in Apostolis,  
aliquibus Sanctis illustribus; qui in  
haec redij fuerunt. Ego dixi, dij c  
& filij Excelsti omnes. Dij for  
terræ vehementer elevati sunt.  
Hoc modo oportet me operari. S  
ille.

## IV.

Hoc tam sublimi, ac divino  
gendi modo, quem sibi proposu  
Ludovicus, non solùm demo  
stravit magnitudinē animi sui, le  
etiam id obtinuit, ut qui curiosi  
observarunt ejus actiones, jura

affirmârint, in illis nihil se vitio-  
sum, aut imperfectum unquam.  
e qua deprehendisse; immo tales fuisse, ut  
O Pa in illa, quæ circumstabant, rerum,  
r Filii personarum, loci ac temporis con-  
mibi curione, perfectiores esse non.  
O san possent: quia videlicet fiebant ad  
Patro exemplum Dñi, & eorum homi-  
Hunc num excellentium, quos imitatio  
e incl Divinitatis evexit supra ceteros.  
us Ma Sed neque hac agendi forma con-  
stolis tetus, adhuc altiora quæsivit. Nam  
qui in utipse annotavit in suo Commen-  
dij cib tatio, quod legerat in Ludovico  
ij fom Blosio, plurimum accedere pon- *Modus*  
ri. S deris actionibus nostris, si offeran. *offerent*-  
i sun tur Deo conjunctim cum actioni- *di opera*  
vino bus Christi; paupertas cum pau. *suacum*  
ropolit ppetate Christi; obedientia cum, *operibus*  
democ obediencia Christi, labores ac do-  
i sui, lo lores cum doloribus Christi: quod  
uriosit genus oblationis S. Gertrudi Dñs  
, jura multimoda revelatione demon-  
stravit sibi gratissimum esse. Id  
K 3 cùm

cum ad rigorem Theologicum  
examinaret, animadvertisit sibi  
Deo, per merita Christi hoc ob-  
tionis actu applicata, concedi p-  
culiare auxilium, devotionem,  
spirationem & motionem, qua  
opera melius ficeret, majorem  
rito, & gratiora Deo, quam si ne  
præcessisset ista oblatio. Quibus  
nos addere possumus, Christum  
esse Caput nostrum, nos ejus mem-  
bra: ipsum esse causam principalem  
actionum bonarum, nos instru-  
menta: ipsum yitem, nos palmita:  
Ex quo colligimus, ut in sacrofa-  
&to Sacrificio Christus est prim-  
rius Sacerdos, homo vero ejus mu-  
nister; ita reliquias bonas actiones  
non tam placere Patri æterno u-  
nostræ, quam ut Christi sunt, &  
gratia, & spiritu Christi procedunt  
& ut Christus Patri servivit olim  
per membra sanctissima suæ car-  
mortalis, ita nunc eum servire p-

membr

Lud  
membra  
ergo no  
nobis, ut  
actionib  
junction  
que fian  
offeratur  
à se prof  
dem Patr  
solo sibi  
Et nostri  
hanc sub  
apparet  
nis possi

Nequ  
modo ag  
mo Lud  
que sem  
fluerat  
dum, ne  
idoneum  
in destru  
exercere

membra sui corporis mystici: sic ergo nostras actiones obeundas à nobis, ut mercantur numerari in actionibus Christi, & quadam junctione cum illis, grata dignáque fiant aspectu Patris æterni, cui offeratur à Christo velut obsequia à se profecta; & nos offeramus eadem Patri per Filium ejus, in quo solo sibi gratos nos fecit, & nostra. Et nostris quidem operibus, in hanc sublimitatem elevatis, non apparet quid majoris æstimationis possit accedere.

V.

Neque tamen hoc tam sublimi Ludovi modo agendi satis est factum animus judicatio Ludovici, perfectissima quæcūque semper spectantis: unde persuaserat sibi, se jam nec ad vivendum, neque ad moriendum esse idoneum. Non ad vivendum, quod in destructo corpore non posset exercere munia suæ vocationis, et modo,

eat se  
inuti-  
lem ad  
omnia.

modo, quo vellet: nec ad mori-  
dum, quod non sentiret in se fa-  
vorem, & effectus puri & absolu-  
amoris divini, quem habere ope-  
teret in sua vocatione, tam nobis

**D E U S** & heroica. Ista cogitatio eum in  
autem commovit, ut omnia circum-  
indicat, ciens, Marinam de Escobar, cui  
se aliter cum D e o familiaritatem norat  
sentire rogaverit enixè, vellet hanc suu  
de ipso.

solicitudinem etiam, atque etiam  
commendare Divinæ Majestati  
cui illa rescripsit in hunc sensum:  
Nuper non fuisse commodum  
respondere accuratè ad id, quod  
se petiit: interim se egisse cum  
D e o, & hoc à sua Majestate respon-  
sum accepisse: Longè alios esse  
culos D e i, quam hominum: nobis  
enim sæpe videri melius, purius,  
perfectius, quod in suis oculis pa-  
spicacissimis, ac sapientissimis, ra-  
ti non sit: & è contra nobis mi-  
lum sæpe ac vitiosum apparere

quo

quod ipsi probatum ac pretiosum,  
sit. Idem iam Ludovico evenire,  
qui per gratiam DEI, & ad viven-  
dum, & ad moriendum sit bene  
paratus; licet ipsi videretur contra-  
rium. Ad vivendum quidem, quia  
cum vires corporis consumperit  
laborando in vinea Domini, & ador-  
nanda sua anima ad percipiendum  
fructum vitae eternae, jam in eo esse  
ut patiatur; quod quidem est ma-  
ximum bonum, quod in hac vita  
Deus largitur eis, quos valde dili-  
git. Sustineat ergo crucem infi-  
mitatis suæ corporeæ, qua non po-  
test amplius cooperari desiderijs  
animæ suæ: quæ quidem crux op-  
pidò gravis est. Ad moriendum,  
autem paratum esse, ob eandem  
causam. Et quia Abraham filium  
suum jam abstraxerit ab ubere ma-  
tris, ideo nutritre eum solidò pane,  
quo ad staturā & robustur virile edu-  
citur: hoc est, cum dulcedine di-

K s vina,

vina, tenero que amore sustentatus  
sit hactenus, jam ei crustas panis  
præberi, ut solido cibo crescat in  
majorem virtutem, ac beneficium  
tum DEI, qualem cunque sentiat  
ariditatem, & reporem. Neque esse  
cur ex hoc responso DEI despou-  
deat animum, sed potius gaudet  
eo se loco haberi à DEO, cui omnia  
nostra cordi sunt, velut amantissi-  
mo Patri.

## VI.

*Ludovisi.* Alio tempore, cum propter in-  
cussus do- firmitatem corporis, ac difficulta-  
let, quod tem respirandi, videretur sibi etiam  
videatur animo factus languidior, multum  
sibi lan- que de hoc doleret, scripsit eidem  
guidior virginis, ut & hunc suum dolorem  
animo. DEO proponeret; cui ille respon-  
dit his verbis. *Dic tu Confessarii*  
*posteaquam in vita sua decursu dedi*  
*mihi totum, quod ei dederam, viru*  
*& sanitatem impendendo in meo ser-*  
*vitio, & nunc etiam dat, quod habet*

cum

sum toto affectu animæ suæ; aequum  
esse, ut ego jam ipsi dem totum, quod ego  
sum, & habeo: hoc est, meipsum, &  
meum auxilium; & ut ipsius carnem D E V S  
flaccidam, & ossa corrupta, aspiciam eum so-  
talibus oculis, ut, cum tempus advene-  
rit, ante me septuplo splendidiora, quam  
soliste, futura sint: Hoc ei dic pro sola-  
tio Addit præterea Chtistus. Quem-  
admodum peritus artifex, ubi ex ma-  
li citrinis scite expresserit succum, è  
corticibus minutim concisis, dulce facit  
eligma: sic ego ex aridis ossibus, &  
carne exhausta in meo servitio, faciam  
rem admirabilem, & que sole isto sit  
septuplo splendidior: Hoc dico pro illius,  
ac tua consolatione. Sic ille.

## VII.

Admireris affectus tam pugnan- Diffide-  
tes primo aspectu, in viro tanti tia de se-  
animi, tam parvi facientis scipsum. ipso cum  
Atqui motus hi fuerunt ejusdem magna-  
virtutis, quales in Davide S. Zeno nimilitate  
Veronensis notavit, ad illa verba conjun-  
cta.

Psalm.

Psalm. Domine, non est exaltatum  
cor meum, sed exaltavi animam  
meam: quæ, inquit, Propheta iſi  
diversitas est? non exaltat cor, exaltat  
animam: non in magnis & mirabil-  
bus super se ambulat, sed non humili-  
senit: excelsus animo est, & corde  
submissus: humili in suis, sed non hu-  
milis in sensu est: sensus eius in causa  
est, anima ejus est in excelfis. Tene-  
dus ergo humilitatis & altitudinis  
modus est, ut corde humiles, sensa  
verò, & animo simus excelsi. Sic &  
Ludovicus alta spirabat, ac dole-  
bat illa se non pro votis assequi  
indidem humili, unde sublimis  
Videbat quantum Deo deberet, &  
quām parūm posset: eodem lumi-  
ne aspiciens officium suū, &, quod  
ipse censebat, vitium, virium sua-  
rum defectum.

## VIII.

Agnitio Magno verò adjumento ad sum-  
sua vili- mas virtutes fuisse Ludovico suo  
vilitate

vilitatis agnitionem, ipse retulit in <sup>tatis</sup>ma,  
suis monumentis: nam cùm vide-gno ad  
ret se nihil à se boni habere, sed to-<sup>summas</sup>  
tum à D E O, vehementer in ejus <sup>virtutes</sup>  
amorem exarsit, unà cum deside-<sup>est auxi-</sup>  
lio.  
tio gloriam ei reddendi pro singu-  
lis bonis. Accessit fiducia in eum,  
à quo sentiebat se totum pendere:  
de cuius munificentia & fidelitate  
sit securus. Denique, cùm à se nihil  
possit, nihil judicavit audendum.  
Sibi suapte voluntate, sed plena re-  
signatione se illi commisit.

## C A P U T III.

## AMOR ERGA DEVUM.

## I.

Q U i amore sui ipsius, & æsti-<sup>Cupit</sup>  
matione rerum suarum est <sup>amare</sup>  
vacuus, facilem ad amorem summi <sup>Deum,</sup>  
Bonii accessum habet, quod nullius <sup>sicut a-</sup>  
rei infra illud amabilitas tanta sit, <sup>matur</sup>  
ut animum ei suum addicat. Quan-<sup>in celo.</sup>  
to autem in illud affectu ferretur  
Ludo-

Ludovicus, nemo descripsit melius, quam ipse, qui quid ageretur  
in animo suo, expressit his verbis.  
*Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in*  
*terra. Potest in his verbis accipi desiderium amandi DEVM, sicut amant eum*  
*Angeli, & Seraphini; quia possum desiderare facere voluntatem DEI, sicut*  
*illi: Accensus hoc desiderio exclamabat dicendo, &c. Seraphini, qui ardenter*  
*more DEI, assumite me in vestram societatem, ut inter vos accendar amor*  
*ardente ac puro, sine usura. O si descendat unus è vestro exercitu cum accenso*  
*carbone, ex hoc igne huius amoris! O*  
*si ardeam igne dolorum, & laborum,*  
*& injuriarum, donec per purgationem, &*  
*expier ab omni creatura, ut melius ascendatur in me ignis divini amoris.*

## II.

*Deus est* In alia parte sui Commentarii  
ignis amoris, intra quem degimus,  
hæc addit: *DEVS est ignis amoris,*  
*qui illustrat, incendit, & consumit.*  
*Videbar mihi incedere in hoc igne. Ha*

bi hic divinus amor sph̄eram suam,  
sicut elementa corporea. Vnam sph̄eram  
increatam habet, alteram creatam. Ina-  
creata est Divinitas, tam ampla, quam  
est ipse DEVS: & uti DEVS est ignis,  
ita hac tota DEO plena est, tota plena  
igne: in hoc igne vivimus, in hoc igne  
moveamur, flammæ huius ignis sunt o-  
mnia creata, elementa, volucres, pisces,  
&c. ioti sumus intra has flammæ, &  
quomodo non ardemus, Domine? O di-  
vine ignis, veni, arde, incende, inflam-  
mameam animam, & consume in illa,  
quidquid me sejungit à te. Sphera crea-  
ta est humanitas Christi, Domini no-  
tri: cor eius fornax succensissima hoc  
igne: quinque portas habet, per quas  
emicant flammæ, & per quas possum  
intrare in illud, quæ sunt quinque vul-  
nera: per vulnus pectoris recta itur ad  
cor. O anima mea, salamandra infer-  
nalis, quæ vivis in hoc infinito igne,  
nec ardes, neq; consumeris, semper vi-  
ridis & integra in tuis passionibus. O  
anima

anim a mea si essem ut phœnix, & arde-  
res in hoc igne, consumereris in cinere  
& vermem, te pro tali habendo, &  
surgeres renovata in DEO! Videbas  
mihi infinita esse mea infirmitas &  
bonum, & infinita potentia ad malum.  
Nam quæ impotentia major in bono  
quam nihil boni posse omnino? & quæ  
major in malo potentia, quam velle  
posse omne malum, & resistere po-  
igni omnipotenti & permuta, O DEO!  
& Bonum meum, has vices: fac in-  
nitam impotentiam meam ad malum  
& infinitam potentiam meam ad bo-  
num: Vni me Omnipotenti, & ero  
omnipotens in illo, & per illum.

## III.

*Offert se* Ab his inflammatis desiderijs  
ad pœ- DEVS Ludovicum excitavit ad  
nas ater- etus tam heroicis, quam unquam  
nas pro legerimus de maximis amicis Da-  
DEI nam ut est in ejus Commentarij  
honore. offerebat se DEO ad pœnas infer-  
nas, absque culpa tamen, subeun-

das, si ita ad honorem Dei sit opus,  
& ad omnes dolores ac supplicia  
hujus vitae. Non intelligebat, plusne  
doloris accipiant animæ defun-  
ctorum, ex dilatione beati aspectus  
Dei, quem amant, an gaudij ex eo,  
quod in illis tormentis satistaciant  
eius voluntati. Pudebat illum di-  
cere Deo, quod eum plus diligit,  
quam cœlum & terram, Angelos,  
& alia omnia: id enim esse, ac si di-  
ceret homini, se eum plus amare,  
quam plumam, aut stipulam. Nam  
omnia creata, si cōponantur Deo,  
non esse instar plumæ aut stipulæ,  
comparatae cum homine: quia  
Deus infinitè præstat alijs rebus  
omnibus, præquam homo excedat  
plumam aut stipulam. Igitur con-  
siderata magnitudine Dei, & par-  
vitate omnium rerū, cum rubore  
dicebat; Amo te Domine, toto amore,  
quo possum, & amo te plus, quam omnes  
creature te ament. Sane quam præ-

L stans

stans amor, qui se offert ad ultim quijis, &  
tormenta pro Deo, quìque in meritor  
ciatibus magis gaudet, fieri volu  
tatem DEI, quàm sentiat se pa  
qui denique putat se parùm am  
DEVUM, si amet eum tantùm sup  
alia omnia; quia hoc sit propè n  
amare.

## IV.

*Signa  
veri a-  
moris.*

Sed quibus argumentis amore  
verum à falso distingueret, paro  
annotavit. Primo enim verum Du  
amatorem infinitè magis amare  
gloriam DEI, quàm suam; in  
suam ne respicere quidem. Mal  
quoque amare, quàm scire, nisi  
amet, & obediatur. Item eum, q  
verè amat, hīc malle pati, quā  
gaudere; malle amara, quàm dul  
cia; cùm aliàs plus aloës, quām  
mellis in hac vita sit. Deniq; malle  
dare, quàm accipere: & si qua  
dona DEI desiderat, ea non deli  
derate, nisi ut impendat ejus obli  
quijis,

ultim quij, & gloriæ : tametsi præmia  
meritorum sperare malum non sit.  
Atque præterea verum D E i amo-  
rem , hominem inclinare ad fu-  
giendos honores, loca, officia, oc-  
cupationes honorificas, & vitare  
suas laudes ; vel si hæc evitare non  
possit, inter ea versari, velut in spi-  
tis ac sentibus. Sed neq; pluris ea  
ducere, quam flatum auræ tenuis,  
cum videat collustratus lumine  
divino , id quod homines vocant  
honorem, purum putum nihil esse;  
quem qui sectatur , velut umbrâ  
delectari, corpore prætermisso; &  
imagine capi, spreto illo, quem re-  
fert. Vnde qui D E M diligit, inter  
laudes & honores, est sicut statua;  
eui qui accinit laudes, psitacus vi-  
deatur, aut insipiens. Gloriam vero  
Dei habet ut propriam, neque ul-  
lum alium honorem, novit, quam  
qui exhibetur Deo. His quasi coti-  
alis discernebat Ludovicus amo-  
ruij;

L 2 rem;

rem; quem in eo sincerum, ac purum in con-  
metalli fuisse, probant tum hoc jecit hanc  
ipsum examen, tam accuratum, voluit ne  
cum omnes actiones ac sermones fratris ejus et  
illius, qui nihil, nisi honorem celo, ipsi  
obsequia Dei spirabant: quibus fieri possit  
omnes passim inflammabat, ut aperte.  
pareret eum Deo, Deique amorem peragere  
plenum esse, de quo tam saepe talis quaque o-  
to ardore ac dulcedine loqueretur mus corp  
Nec errasse videtur Lucas Cardinalia, tam  
lius, doctrina & concionibus patrum, quam  
Castellam clarissimus, quando teret, aut  
status est, quidquid S. Gregorius sea Dei  
Bernardus, & Bonaventura, aliqui derare sal-  
Doctores scripsierunt de excellente quomodo  
tissima charitate, hoc se totum in ejus imita-  
venisse in Ludovico de Ponte, praeferimus  
quod etiam non levi testimonio, quem  
aliorum confirmatum habetur.

## V.

*Dei vo-*  
*luntas,*  
*quomodo* Juverit referre, quid de per-  
etissimo voluntatis divinae com-  
plendae modo senserit quondam  
mique ju-

ac pri Jd in commentariolum suum con- fiat per-  
um ho jecit hâc sententiâ. Cùm Christus fecit.

atum voluit nos à Patre æterno orare, ut  
mon fiat ejus voluntas in terra, sicut in  
prem celo, ipsum utique significâsse, id  
quib fieri posse; alioqui non jussisset nos  
ut petere. Tanta igitur perfectione  
amor peragere me convenit minima-  
perat quæque opera: ut cùm cibo refici-  
eretur corpus, loquimur, oramus, &  
Car similia, tâm sanctè & exactè hæc fa-  
bus piam, quâm Angelus quispiam fa-  
ndo te teret, aut alius è numero Beatorū,  
goris sea Devs ipsi præciperet: vel desi-  
aliqui derare saltem itâ facere, & cogitare  
celles quomodo faceret ille; mèque ad  
rum eus imitationem extimulare:  
ontes præsertim in eo, ut aliud nihil spe-  
mons item, quâm ut impleatur divina  
etut voluntas, nihil penitus propriæ  
commoditatis aut proventus tem-  
poralis, aut spiritualis, inde spe-  
tando: cùm summa gloria, sum-  
mâque jucunditas & utilitas non

L 3 sit,

sit, voluntatem divinam exeq  
Sic intelligebat Ludovicus vel  
illa: *Portio mea, Domine, dixi, cu*  
*dire legem tuam. Et illa: Haredu*  
*acquisivi testimonia tua, quia exulta*  
*cordis mei sunt, quasi dicat: Haec*  
*reditas; haec merces, haec beatit*  
*do mea est, facere voluntatem*  
*tuam. Neque haec in solo desideri*  
*constitisse, appareat ex his verbis*

Ludovi- ipsius- *Hinc, ait, varios affectus*  
*gau- duxi. Gavisus fui defectibus natu*  
*rus gau- det suis defecti- bus mea persona, lingua, & alijs; qu*  
*bus, ten- bus tentationi-* *D E V S me voluit illis esse notatum*  
*tationi- Gavisus temptationibus, quas pati*  
*bus, &c. miserijs externis & internis; q*  
*quia De- D E V S ita vult. Si D E I voluntas*  
*ns ita ut mille annos vivam, oneratus ma*  
*vult, ribus laboribus, ac tenebris internis*  
*externis, dummodo ipsum non offe*  
*dam, id volo. Si fuerit voluntas*  
*vina me cruciare, sine mea culpa, &*  
*nisi inferorum, id volo. Mihi cælum*  
*fauere voluntatem D E I: cum ipso*

beo cœlum in terra. Recordor dicti S.  
Iohannis Chrysostomi, quando super his  
verbis: Fiat voluntas tua sicut in  
cœlo, & in terra. sic scribit: Peto, ut  
exultu terra sit cœlum. Occurrit etiam versus  
Psalmi, Misericordiam & Judicium  
cantabo tibi Domine: aequè mihi  
cantandum, latandum, ac DEVs lau-  
dandus est ex justitia, atque ex misé-  
ricordia erga me, & alios. Placeo mihi  
in infirmitatibus meis. Neque ta-  
men ideo non debeo compati alienis  
malis ac miserys: quia possum de illis  
dolere, ut pœna quedam sunt proximi;  
latari vero, ut sunt opera justitiae DEI.  
Memor fui judiciorum tuorum,  
a seculo, & delectatus sum. Hæc ibi.  
Adeo igitur processit amor divi-  
nus in Ludovico, ut felicitatem,  
suam, ac beatitudinem, in execu-  
tione voluntatis divine reponeret,  
vel potius in gusto & placito ejus,  
quem amabat, utcunque acerbæ  
sibires forent; terram in cœlum.

L 4 verten-

vertente amore, Seraphico magis  
quam qui cadat in hominem.

## VI.

*Mira quies in brachijs Divine Provi- dentia.* Ex eodem fonte manavit alii pax animi, & quies inter dulcia brachia, Providentia Dei, qui quid se fieret. Hunc pro patre, pro matre, pro pastore, duce & redi habebat, ab ejus paterna manu, cipiens omnia venerabundus, cum osculo & fiducia boni successum quem noverat semper optimum fore, quia provisum ab illo ad gloriam suam, quæ sola ipsi erat in votis. Hinc in nullo negotio officio acceptando solicitus fuit qui responderet hominum expectationi, vel opinioni de se conceptæ: quia ex hoc tantum oriuntur anxietates, vanitates, mœrores, mille defectus. Quia enim Deus præter bonam voluntatem, non petit plus à nobis, quam possumus ac scimus, nostrarum partium

Sæpe

I. *Ludovici amor erga Deum.* 169  
o magi  
em.  
vit alio  
dulci  
i, qui  
atre, p  
e restor  
anu, c  
dus, cu  
cessio  
timu  
ad glo  
erat in  
otio vo  
tus fu  
m exp  
e conc  
orienta  
rores.  
m Dev  
o, no  
ssum  
tium d  
I. *Ludovici amor erga Deum.* 169  
o magi  
em.  
vit alio  
dulci  
i, qui  
atre, p  
e restor  
anu, c  
dus, cu  
cessio  
timu  
ad glo  
erat in  
otio vo  
tus fu  
m exp  
e conc  
orienta  
rores.  
m Dev  
o, no  
ssum  
tium d  
esse paratos ad excipiendas oblo-  
cutiones, contemptum, & injurias  
hominum, confidendo providen-  
tia ejus, qui non sine existimatio-  
nem, ad recte fungendum officio  
nostro necessariam, deesse, Crebro  
id habebat in ore, DEV M optimè  
scire, quid maximè nobis expediat;  
quæ verba tanto spiritu animare  
consueverat, ut ijs om nem animis  
audientium perturbationem, in-  
corum rebus adversis, ablueret. Ità  
vero suam cum divina voluntatem  
coformaverat, ut non solum a quo  
animò acciperet eventum quem-  
cunque; sed etiam, quid Dao gra-  
tissimum esset in quocunque ne-  
gotio, quasi quodam naturæ con-  
senstu novisset, atque in consilijs  
dandis, ità constanter & asseveratè  
pronunciaret, ac si voluntatem Dei  
legisset, vel recitaret è tabulis,

## VII.

Sæpè repetebat in die votum *Aspira-*  
*L* 5 *conce-*

gio Lu- conceptum à se brevi hâc formul  
govici. *Fiat, Domine, in me, de me, perm  
circa me, & circa omnia mea, sancti  
sima voluntas tua, in omnibus, &  
omnia, nunc, & in eternum.* Dignum  
quod omnes imitentur, qui dil  
gunt Deum. Bartholomæus de  
Segura, Regius Concionator,  
Ordine S. Benedicti, ei graviter  
ægrotanti, quasi per jocum dix  
rat, mirum esse, latrones & impro  
bos frui optimâ valerudine, ipsum  
autem tam afflita, qui multum  
boni faceret sanus. Non accep  
Ludovicus pro joco, sed graviter  
& accenso spiritu respondit: *Sina  
mus, Pater, DEUM gubernare mun  
dum: ipse novit, quomodo ute  
reri sa  
tate, si haberem integrum.* Eidem  
alio tempore cōmemoranti com  
plura dona divinitus concessa Lu  
govico, magna cum integritate  
reposuit; *Quod mihi necessarium  
est hoc, ut fiat in me voluntas Deli  
tempor*

tempore & eternitate. Cuidam filiæ An pē-  
sue spirituali, multa DEI familia- tenda  
ritate utenti, cùm in morbo time- mors  
ret, ne acerbitate dolorum oppres- minus  
sa non posset se debito modo ador- dolori-  
nare ad mortem, dixerat, se qui- fica.  
dem nō petere certum genus mor-  
tis, sed quod DEO placuerit. Sed  
illa postmodūm dirissimis exercita  
doloribus, ubi non nihil respiravit  
ab illis; à Christo se invisente ora-  
vit, ne tam cruciabili morte se  
permittat extingui, quantumvis  
Confessarius dixerit, se hoc sibi  
non petere. Respondit Christus;  
Bonum esse spiritum Confessarii;  
sed neque ipsius petitionem disipli-  
cere. Haud dubium, quia ideo non  
displícita fuerit, quod ex desiderio  
decenter coram dilecto suo com-  
prendi processerit. Sed neque du-  
bium illud, majoris perfe-  
ctionis mentem illam  
Ludovicij fuisse.

## C A P U T

## C A P U T IV.

DESIDERIVM PATIEND  
PRO DEO.

## I.

*Ludovi-* Robatissimi amoris est, pi-  
*cus orat* pro eo, quem diligas: quod u-  
*pro obli-* posset Ludovicus, multo se tem-  
*nendis* pore ad hoc exercuit; ad Aram,  
*comiti-* in alijs cum Deo congressibus  
*bus Chri-* quotidie saepius orans, ut quo-  
*sti.*

Christus totius vitæ suæ comite-  
 habuit, Paupertatem, Contem-  
 ptum, Dolorem, sibi quoque di-  
 gnetur adjungere: de singulis pe-  
 culiares meditationes instituēdo-  
 ut eorum in se affectum excitatet.  
 Fuit nimium Christus pauper  
 ipso die natali suo, usque ad mo-  
 rem, habitatione, victu, vestitu  
 cognitione, amicis, discipulis, o-  
 pere, rebus omnibus pauperinii  
 absque honore, delicijs, cōmodis  
 sibiique sponte sua eligendo pau-

periem.

periem. Contemptus & injurias  
tulit maximas suæ summæ sapien-  
tia, potentia, sanctitatis, officij, ac  
personæ divinæ: idq; apud Reges,  
Judices, Pontifices, primi & ultimi  
census homines, impositis ipsi gra-  
vissimis calumnijs atrocum eri-  
minum. Dolores in animo, & in  
omnibus membris. Horum consi-  
deratione Ludovicus excitavit in  
se desiderium, semper patiendi ali-  
quid eiusmodi. Neque illud conti-  
nuit animo, sed aliquando etiam  
prodidit inflammatissimis verbis:  
ut cum Villagarciae noctu est au-  
ditas, in suo conclavi dicere: *Impo-*  
*nemini Domine, has plagas: Domine,*  
*has plagas: ô quas plagas!* de quo,  
cum Franciscus Carvaialius, Novi-  
tius, qui è proximo cubiculo audi-  
verat, ab eo inter alia interrogatus,  
an possit noctu dormire, dixisset  
ingenuè, se in illo cubiculo non ita  
dormire ut alias, propter exclama-  
tiones

tiones ipsius: subridens Ludovicum  
candori hominis, respondit; Quia  
vis, Charissime nos, qui raro cogi-  
mus de DEO interdiu, noctu debemus  
id facere.

## II.

*Morbis  
obrui-  
tar.*

Neque in sterilibus desiderio  
hic ardor constitit. Nam ea De-  
plena manu complevit, Villaga-  
ciæ quodam die Veneris sancto o-  
cùm vehementius exarsisset in co-  
piditate experiendis dolores Christi  
articulatio morbo immisso; quito-  
tâ illum vitâ in manibus ac pede-  
bus, genibus ac talis dirum in mo-  
dum exercuit: Excepit mente  
fronteque serena cœleste munus  
indignum eo se ratus: quod, ut  
ipse memorat in suis annotamen-  
tis, dignus non esset, qui admitti-  
retur ad imitationem Filij Dei  
Domini nostri, aliquid ad ejus in-  
star patiendo: quia juxta dictum  
Sapientis; *Gloria magna est segre-  
Dominus!*



dovicu Dōmīnum: dignissimus tamen, qui  
it; Qui doloribus castigaretur pro suis  
ò cogit peccatis: quod ipsum esse in ma-  
debem gnis gratijs, ut servire possit iussi-  
tia divinæ per dolorū piacula. Sic  
igitur illos accepit, ut nō uno tan-  
tum nomine amaret, atque etiam  
ea Den optaret intensiores: quod facile  
Villaga obtinuit à Dōo, ut semper est libe-  
ncto d talior in his, quæ scit maximè no-  
et in cu bis prodesse. Nam multis mensibus  
Christi cubiculo attentus, non potuit nisi  
; quito geminis grallis fultus incedere,  
ac pedi nusquā solum pedibus attingendo.  
i in mo Accessit intemperies ventriculi,  
nente quā plurimum debilitabatur, sto-  
munus macho nihil jam concoquente,  
òd, ut rame sed quidquid reficiendis viribus  
dmittit immissum accepit, acido sapore  
Lodovici molestia: quā sic afficie-  
ejus li baturbis quotidie, ut hoc à ei tor-  
ictum mentum ipsi morti contrà grave  
st segm videretur. Ex isto prodijt aliud  
minim malum

malum haud levius, amarities or-  
cum saliva spissa, quæ etiam de-  
tes ita affecit, ut ijs brevi amissis,  
exulceratâ gingivâ, nihil jam ci-  
posset assumere præter olusculum  
& parùm carnis minutatim con-  
ditæ, ac dilutæ in aqua calida, cu-  
mica panis, absque alio opsonio  
vel condimento: quam rem tam  
insulsam, & insipidam, admirata  
sunt, ab homine sumi posse, mi-  
dentes.

## III.

*& dolō.  
ribus to-  
tius cor-  
poris.* Neque hoc satis malorum. Se-  
fit etiam tantam oppressionem pa-  
ctoris, ut ægerrimè spiritum du-  
ret, ac pñè suffocaretur: qua-  
post aliquot passus cogebatur in-  
terquiescere, ut animam revoca-  
ret. Humeros etiam incessibus  
acutissimus dolor: qui congestu-  
morborum, per annos 35. & au-  
plius tenuit, usque ad mortem  
Ludovici. ideo Joanni de Abaun-

valentia

Valetudini suæ præfecto, quærenti  
ur valeret, respondit: *O mi pater,*  
*quomodo D E V S hunc peccatorem ca-*  
*stigat? præter caput, nullum habeo*  
*membrum expers proprij mali. Nam*  
*oculi sunt quasi tela obnupti, dentes*  
*mibi dolent, seu calido, seu frigido potu*  
*cibove utar; dolent maxille, stoma-*  
*chus, lien & latus, è quo movere me*  
*non audeo, ne respiratio mihi difficilli-*  
*ma fiat: humeros adhuc minus. Iecur*  
*renes exurunt me, humeri strin-*  
*guntur arctissimè: manus ac pedes*  
*urdens gutta infedit. D E O sint lan-*  
*des. Non animo queribundo hæc*  
*dixit, sed quod illi quoad valetu-*  
*dinem suam subditus esset, crede-*  
*reque interroganti sincerè expo-*  
*nendum statum sui corporis. Cùm*  
*autem quounque motu, etiam-*  
*levissimo, exasperarentur dolores,*  
*ipse magis exardescet in amo-*  
*rem Dei, alacer quasi nihil quid-*  
*quam pateretur: cùm tamen in-*

M      tegra

regrâ sanitatis capitum, vivacior luntaten  
sensus esset doloris singulorum ingenij,  
membrorum.

## IV.

Neque restincta per hæc fuit  
eius sitis patiendi, sed aucta; ut  
etiam temptationum internarum  
experienciam cuperet eam levare.  
Earum tamen gustum annotavit  
minùs prolixum fuisse: forte quo  
illas, ut oportet, resistendo citore  
pulerit: cum ea, quæ patiebatur  
corpo, diu durarent. Ceterum  
circumspexit omnem patiendi ma-  
teriam, quam & articulatum desci-  
psit, ne quam prætermitteret. Pri-  
ma est necessitas corporis, ut sitis  
fames, somnus, morbi, mœroris  
defatigatio. Secunda, injuria tem-  
poris, calor, frigus, & his similius  
sensu, vel ratione carentium, ut  
sunt muscae, culices, &c. Tertia, ne-  
cessitates animi, ut ariditas, tene-  
brae, ignoratio, distractio preter vo-  
luntas, quæ sunt, cu-  
luntatis:

*Varia  
paciendi  
materia.*

Notas  
cipienti  
quorum  
& pusilli  
& incom-  
adherent  
bus, quæ

vacuas luntatem, tenuitas intellectus, &  
lorum ingenij, lapsus memorie, defectus  
linguae, deceptio sensuum, pertur-  
bationes, inclinationes ad malum.  
æc fuit  
ta; ut  
naturam  
devarie  
notavidi  
tè quod  
scitores  
batur  
eterum  
endimis  
i desci-  
ret. Pe-  
ut finis  
cerores  
ia tem-  
nilium  
um, ou-  
rtia, no-  
s, tene-  
gter vo-  
ntatem,  
vacuas luntatem, tenuitas intellectus, &  
lorum ingenij, lapsus memorie, defectus  
linguae, deceptio sensuum, pertur-  
bationes, inclinationes ad malum.  
Quarta, tentationes & insultus dia-  
boli, sive in carne, sive in mente,  
per imagines, cupiditates, alia.  
Quinta, genius hominum iracun-  
dorum, tristium, insolentium, &c.  
nec non injuriæ, contemptus, Ob-  
locutiones, odia, doli. &c. Sexta,  
calamitates publicæ, religionis,  
patriæ, domus, amicorum, &c. quæ  
omnia æquo animo preferenda  
sunt, cum reverentia divinæ vo-  
luntatis ac providentiae.

## V.

Notavit autem tres modos ex. *Quomo-*  
*diciendi has occasiones patientiæ,* *do exci-*  
*quofum primus est ignavi prorsus* *pienda*  
*& pusilli animi, quando molestias* *occasio*  
*& incommoda, rebus ac munib⁹* *patiendi.*  
adherentia declinamus, aut minui-  
mus, quantum possumus, aut o-

M. 2 mnino

mnino refugimus ac renuius si-  
cere, quod Christus, nostri institu-  
ti, aut muneris injuncti ratio po-  
stulat: ut est concionari, docere  
audire confessiones, &c. Secunda  
paulo melior, sed etiam minoris  
est animi, quando sumus contenti  
solâ præparatione mentis ad illa  
ferenda, quæ nobis accident ultra  
Tertius est verè magni animi, qua-  
rere & aggredi res illas, unde ori-  
tur occasio aliquid patiendi pro  
gloria & obsequio Dei, & sic im-  
plendi sanctissimam ejus volunta-  
tem, imitatione & exemplo Christi  
Domini nostri, qui semper quæ-  
vit occasiones majoris paupera-  
tis, contemptus ac doloris; miseri-  
contentus illis, quæ sponte occu-  
rerent. Ideo Nazaretum reliquit  
ut nasci posset in stabulo; ideo Ju-  
dæam, ut educaretur in exilio; ideo  
carpenta fecit, ut scribit S. Justus  
desertum petivit, in hortum, ubi

Adeun  
fecit, nu  
suos dol  
non esset  
videret i  
gione ob  
fit, quòd  
levaret, i  
alloquia  
solet esse  
ihil ad  
n ratius,  
Gomùm c  
capo

caperetur concessit, & inimicis ivit  
obviam, diem solennem pro Pas-  
sione sua elegit, ut saturari posset  
doloribus & opprobrijs. Ad hunc  
tertium, verè generosum, & heroi-  
cum, gradum se extulerat animus  
Ludovici, ut minimè contentus  
ordinarijs, & communib[us] occa-  
sionibus patiendi, alias insuper ex-  
peteret sibi extra ordinem.

## VI.

Adeundem spectat votum, quod  
fecit, nunquam ulli manifestandi  
suos dolores, nisi quem celare fas  
non esset, ne medicis quidem, nisi  
videret se ad hoc faciendum reli-  
gione obstringi. Nihil etiam admi- *Dissi-*  
*mulabat*  
lit, quòd suos ei dolores & mala *levaret, ne domesticorum quidem* *Ludovi-*  
*alloquia: quibus in morbo nihil* *cus suos*  
*sollet esse jucundius, & ipsi propriè* *dolores.*  
*nihil ad animum accidere poterat*  
*n ratius, qui consueverat aliàs plu-*  
*simùm delectari socrorum, pijspre-*

M 3 f. 3r

seritum colloquijs. Nolebat huius  
modi lenimentis delibari suas de-  
licias, quas habebat in imitatione  
Christi, undique deserti, ac destitu-  
ti omni solatio & auxilio. Excid-  
ei quondam verbum, quo dixit,  
multis annis desiderasse, ut aqua  
sibi desipiat, qua nullum suavitatis  
in suis ardoribus habuit refrigerium.  
cuius etiam yoti postea damnata  
est, quando frigida, qua recreari so-  
lebat in ardentissima siti, magnus  
illi stomachi tormentum, utcumque  
temperata, creavit, gustatus  
mul ingrata: quin etiam quondam  
cum ei nihil potionis tota dicitur,  
incuriam socij, allatum esset, quam  
tumvis ureretur flagrantissima sine  
nunquam potum poposcit: & cum  
totis octo diebus, nescio quae am-  
ra aqua, per similem errorem, pra-  
beretur in potum, nullo id vero  
questus est, admirabili patientia.

## VII.

Plures errores ministrantium, & alia,  
& culinæ, æquissimo animo tulit, que pa-  
multos eorum labores excusando,  
tiebatur.

Excid

dixit,

at aqua

suaviu

frigeri

ampnau

creari so

magnun

, utco

ustatu

ondan

a dis, pa

et, qua

sima sim

t: & cum

uæ am

em, pra

id vero

ientia,

VII. VII. VII.

M 4 urgen-

urgente conscientia, neque mis-  
ab amicis, ad revocandam app-  
tentiam cibi, delectamenta acce-  
pit, imò neque commiseratione  
aliorum delectatus est: unde etiam  
de sua valetudine percunctatis  
si superiores nō erant, obiter dat  
responso, sermonem placidè di-  
vertebat in alia. Videns eum qui-  
dam è socijs agrè luctantem con-  
cibo mandendo, misericordia su-  
moveri ostenderat. Hilariter ei re-  
spondit Ludovicus, has à Deo sibi  
delicias fieri, ut cùm alij tantum  
delectentur cibo, dum vescuntur.  
postea non amplius, ipse comedat  
semper: innuens ea, quibus jugis  
torquebatur, sibi pro delicatis epu-  
lis esse: inter quæ numerari posset  
etiam lectus, qui cùm recrearetur  
soleat alios infirmos, illi crucia-  
mento fuit; quia carebat omni  
carne, quæ foret ossibus aridis pro  
pulvinario. At ipse vultu sereno &  
jucundo

ne mil  
n app  
ta acc  
atione  
le etia  
tāribus  
er dat  
cidē d  
um qu  
em cu  
rdia s  
er eis  
Deo s  
intū  
cuntur  
omelias  
s jugiles  
atis ep  
i poter  
creare  
crucia  
t omni  
dis pro  
reno &  
icundo

jucundo erat, quasi in plumis au-  
tos cubaret, ut potè potitus eo,  
quod unicè semper optaverat.

## VIII.

Sic etiam pertulit amissionem  
oculi, cui cùm Medicus deprehen-  
disset affluxisse malignum humo-  
rem, citò sermonem de illo abrum-  
pens Ludovicus, ne qua illi medi-  
cina fieret, constanter toleravit,  
donec per ejus acrimoniam tora-  
videadi vis demum exesa est, jactu-  
ra tanto acerbiorē, quanto cario-  
rem oportet fuisse oculum homi-  
ni, legendi scribendique studioso.  
Quod exemplum forsitan admira-  
tione, quām imitatione dignius  
existimaverit, qui cùm Ludovico  
non dum sit assecuens illa suspiria  
S. Job. dicentis : *Quis mihi det, ut  
veniat petitio mea, & quod expecto,  
tribuat mihi DEVS? Hæc mihi sit con-  
solatio, ut affigens me dolore non par-  
cat. Et illud, quod non magis ani-*

*Fert ja-  
Elurans  
oculi.*

M 5 mosè

mosè & fortiter, quām considerat  
& sapienter dixit Apostolus; Liber-  
ter gloriabor in infirmitatibus me-  
is ut inhabitet in me virtus Christi, pri-  
pter quod placebo mihi in infirmita-  
bus meis: &c., mihi autem absit gloriar-  
nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. Nec verò dixit, ait S. Chrysostomus, ego non gloriior, aut, ego non  
volo gloriari, sed, absit, ut ego glo-  
rier; perinde quasi de re portento-  
sa loquens abominatus est. Simili-  
spiritu Ludovicus, cùm ipsi obla-  
rum esset oleum ex lampade, qui  
ante mirificam S. P. N. Ignatij Im-  
ginem ardet Munebregæ in Arago-  
nia, ut illo se ungeret, exceptit cum  
generoso responso; Bene est, sed  
apertè protestor ac pronuncio, nolle me  
sanari, nisi majoris id gloria sit Domini  
nostrí. Majoris, inquit, quasi in  
pari gloria Dei malit in suis sibi  
cruciatibus relinquì; id, quod  
S. P. Ignatio pridem didicerat.

CAPUT

AMOR ERGA HOMINES.

I.

Qvod in Moyse & Apostolo  
miramur, sic eis cordi fuisse  
aliorum salutē, ut eius causa opta-  
tent ex albo amicorum DEI deleri,  
& in perpetuum separari à DEO, si  
necessarium esset; hoc & Ludovi-  
cum sensisse reperimus in ejus an-  
notationibus, ubi sic scribit: *Si ad Ludovi-*  
*unversionem peccatorum necessarium* cus pro  
aliorum  
*est, me in perpetuum ardere in flammis* salute se  
offert ad  
*inferni sine peccato, me offero, DEVIS* pœnas  
meus, ad has flamas. Qui quidem, inferni.  
non nisi puri puti amoris divini  
sensus est, licet cum non assecutis  
videri possit alienus à ratione, ut  
quam nimius amor transversam  
agat. Nam qui rectè res computat,  
nihil inventit, quod pro honore &  
obsequio DEI, cuius unius infinitam  
pulchritudinem ac bonitatem  
amore

amore suo dignam æstimat, im-  
pendendum aut exhaustendum  
sibi non sit: majorem autem glo-  
riam ipsi & voluptatem ex impro-  
borum ad meliorem conversione  
quàm è sua unius, æterna licet, fe-  
licitate provenire: denique parùm  
se dare, si ignibus æternis, absque  
scelere, se offerat pro salute eorū  
pro quibus servandis Filium suum  
DEVS in immania tormenta, & in-  
jurias tradidit.

## II.

*Opetat o-* Hinc natum est illud studium ac  
*mni bus* desiderium Ludovici, ut omnes  
*perfe-* homines non salutem tantum, sed  
*ctionem* etiam perfectionem sibi conveni-  
*sui sta-* entem assequerentur. *Ardeant, o*  
*iüs.* *DEVS*, inquit in suo *Commenta-*  
*rio*, *igne tui amoris Papa & Cardina-*  
*les, Archiepiscopi & Episcopi, Parochi*  
*& Sacerdotes, Generales & Provinci-*  
*les, Priores & Guardiani, Rectores &*  
*Superiores, Concionatores & Confessio-*

ij, Scholastici & Novitij, & omnes  
Religiosi. Ardeant Reges & Principes,  
Gubernatores & Judices, & Seculares.  
Ardeant Gentiles & Judæi. Mauri &  
Hæretici, & mali Christiani. Absuma-  
tur in illis omne peccatum, liberentur  
omni errore & ignorantia, inflam-  
mentur amore sui Conditoris. Eun-  
dem animum ostendit cuidam filię  
spirituali, quæ cùm apud eum de-  
ploraret suam in virtute proceden-  
dit acditatem, adderetque suum ei  
progressum videri curæ non esse,  
respondit; se verò tantam curam  
habere promovendi omnes, qui  
secum agunt, ut nihil sit in mundo,  
quod eriam pro quolibet exiguo  
orum profectu facere paratus non  
sit. Quod quidem satè apparuit in  
ijs, de quorum excellenti sancti-  
monia, per ipsius institutionem  
adepta, libro priore meminimus.  
Quibus addamus hic obiter Mari- *Virtus*  
nam Hernandez, quæ mortuo ma- *Marina*  
rito,

*Hermā-* rito, se in sodalitum virginis Ma-  
*deZ.* rinæ de Escobar dedit, omnes fa-  
 cultates suas effundendo in paupe-  
 res, ipsa interim nihil genio corpo-  
 rive indulgens: qua virtutæ disciplina  
 excelsum orationis, & contempla-  
 tionis donum, cum amplissimis  
 favoribus divinis promerita, com-  
 plures consilio & exhortatione ad  
 insignem probitatem perduxit, du-  
 quinquagesimo septimo aetatis an-  
 no, inter conspicuas Angelorum,  
 ipsam circumstantium, acies, Tu-  
 telari manum capiti supponente,  
 Marina virgo gratulabunda moni-  
 entem vidit.

## III.

*Missionē* Eodem hominum Deo addu-  
*Indicam* cendorum studio incitatus, efflu-  
*cōpensat* Etim expetiit profectionem ad Jo-  
*studioju-* vandi dōs: quæcūm non concederetur,  
*vandi* totum se quorumlibet in Europa  
*homines* in Euro- juvandorum curis addixit, nulla  
*pa.* neque injuria, neque infirmitate  
 neque

neq; incommodo suo absterritus.  
Ita Capellatum quendam, turpiter *Fert cons-*  
*de dissolutè se gerentem, leni pri: tumelias*  
*mùm admonitione, tum etiam improbi*  
*correptione severa, pro potestate, Sacer-*  
*quam in illum habebat, ad frugem*  
*revocare conatus est, illo graves*  
*contumelias, & convitia, in eum*  
*plenis buccis jaciente: jamque ma-*  
*nus ei pruriebant in verbata, non*  
*omissuro, nisi ab intervenientibus*  
*impeditus fuisset. Ludovicus autem*  
*ad eam hilaritate verbera paratus*  
*erat excipere, qua injurias verbo-*  
*rum accepérat: qui operam suam*  
*remini, etiam cùm male ipse vale-*  
*tet, clausam voluit, ut supra de-*  
*monstratum est. Vnde infirmariū, Nec in*  
*quicquendam, dum ipse lecto tene-*  
*retur, missum fecerat, graviter ad-*  
*monuit, ne quenquam ullo suo*  
*tempore post hac dimitat: velle*  
*enim se constare omnibus, nún-*  
*quam incommodum sibi esse, cuiusf-*  
*libet*

libet necessitati spirituali servire.  
Neque sinebat eos abire, qui con-  
specta ejus infirmitate, ut sine ma-  
gna molestia verba proferre non  
posset, negotia sua in aliud tempus  
differre volebant: afferens id non  
grave sibi accidere, sed levare do-  
lores; quod & re ipsa expertus est,  
sua illum diligentia, an divina vir-  
tute, corroborante. Quæ virtus  
etiam interdum ab eo in agros,  
quibuscum egit, redundasse visi-  
est, quando post ejus alloquia me-  
lius habuerunt: ut alio loco di-  
cetur.

## IV.

Tam intentus fuit aliorum au-  
xilio, ut indefessus diu nocturne  
se illis impenderet, vel scribendo,  
quod illis prodesset, vel aliquid  
muneris ex instituto Societatis et  
ga illos obeundo, tam obstinatè ac  
si corpore non teneretur: cùmque  
videret alios sui misericordia tangi

Id ipse non pro remissione, sed pro  
incitamento accepit: quod istius-  
modi laboribus temperari putaret  
sibivim suorum malorum. Joannes  
de Benavides viginti annorum usu  
intima quæque ipsius cognoverat.  
Hic in sua Relatione informatio-  
nem rerum ejus dedit in istam sen-  
tentiam. Indefessè pro bono anima-  
rum laboravit hic servus Dei, nec ad  
momentum quidem cessando, adeò ut  
cum præ infirmitate neque sedere pos-  
su, neque pedibus consistere, è genibus,  
vel acclinatus lateri sellæ, aut lecti,  
scriberet libros, quos edidit, vel consu-  
lentibus responderet, domesticis & ex-  
ternis. Sic etiam in confessionalib[us] hære-  
bit cum incredibili molestia, ut neque  
fatigaretur, aut remitteret quidquam  
de procuratione salutis alienæ, propter  
debilitatem, aut malam constitutio-  
nem corporis. Et verò sub ultimos dies  
vita ipsius, perditò jam uno oculo, &  
altero panè consumpto, tumescente

N pectore,

pectore, cum gravissima difficultate spirandi, venerabilem virum, aspiciens mihi sape lachrymis natarunt oculi, cum exarare Commentarios in Canisicum; cùmque obtestarer eum, ut a labore desisteret, quòd satis jam operis esset, nec sine magno detrimento vita posset ei amplius incumbere, ore militi ridibundo respondit; illa se opera non laborare, sed recreari ab agititudine

*Dolet se alijs pro-  
desse non posse, nisi  
orando pro his,  
qui pos-  
sunt.* Sic ille. Ludovicus inter hæc omnia querebatur, quòd jam alijs prodesse non posset: ideo dicebat hoc unum sibi restare, ut eos, qui student aliorum saluti, per assiduas orationes Deo commendet, quod uberior sudoribus eorum fructus respondeat.

## V.

Quâ solicitudine curaverit infirmos domi ac foris, aliàs diximus: fuit cùm cuidam non alio morbo, quam naturali quodam timore laboranti, integrum tempus ve-

*spertinum*

spettinum dedit, suavibus de Deo  
sermonibus animum ei revocan-  
do. Neque ulla unquam occupa-  
tiones causabatur, quo minus cui-  
cunque indigenti cursum veniret  
suppetias, quantumvis temporis  
parcissimus esset. Vocatus aliquan-  
do ad templum, non reperta ibi  
matrona, quæ illum vocari cura-  
verat, reversus est ad suum cubicu-  
lum, et si nō esset eam mox adfutu-  
ram, sicut etiam adfuit, cùm paulo  
plus, quād duos versus scripsisset.  
Admiranti hoc ædituo respondit,  
omnem temporis articulum sibi  
magno esse in pretio. Cùm in co-  
mitijs Provinciæ, quæ tunc Medinę  
Campi coacta erant, versaretur,  
sive solita sua sollicitudine, sive di-  
vino spiritu instinctus, veniam an-  
tesoluta comitia impetravit, Vil-  
lagriam tedeundi. Erat ibi No. Liberat  
vitus, à Deo singulari sæpe gratia, quædans  
quæ & revelatione cœlestium re- ab illis

N z rum

sione dia- ram dignatus: at cui, ut amat, caco-  
boli. dæmon subrepens incauto, sub  
specie sancta, graviter imposuit.  
Advolavit Ludovicus in tempore  
& hominem ita circumventum  
reperit, ut credens brevi imminet  
sibi mortem, nihil amplius cibi ac  
potioris vellet admittere: quod  
frustra sit, præsente jam fato, co-  
pus curare. Excepit Ludovicus  
cùm ergo statim sis exhalarum  
animam, illi hoc supremum bene-  
ficium confer, ut comedens ornes  
eam novo merito obedientia. Hoc  
argumento convictus obediit, co-  
medit, fraudem stygij veteratoris  
agnovit. Vbi nescias, curam, an-  
dexteritatem, Ludovici præponas.

## VI.

*Aliena  
peccata  
deplorat,  
ac punxit  
in seipso.* Peccatis aliorum sic urebatu-  
sic ea deplorabat, sic castigatio-  
suo corpore, ac si ipse patrasset:  
quando erat occasio, tanta vi-  
gumentorum, tanta contentione

vocis

vocis, & omnium nervorum id  
agebat, ut omnibus persuaderet,  
ne ullius unquam rei causa, DEVM  
vel levissima culpa auderent of-  
fendere. Tantus erat ardor dicen-  
tis, ut ex oculis viderentur scintillæ  
abstitere, ex ore verba ignita pro-  
fluere: denique vir corpore pœnè  
exsanguis, se ipso robustior esse:  
quare non pauci vitæ suæ rationes  
emēdate, negotia quæstuosa metu  
peccandi deferere, noxas etiam  
leves vitare pro viribus: nihil omit-  
tere, quo animi sui nitor claresce-  
ret magis in dies.

VII.

Adjungamus, quæ religiosa quæ-  
dam sibi divinitus ostensa retulit  
sacris judicibus. Aliquoties in ora-  
tione visum est ei templum operis  
admirandi, cum pulcherrimis co-  
lumnis ex alabastro: quo, interpre-  
te Angelo, designabatur S. Eccle-  
gia Catholica, fundata super Fide

N 3 nostra

198 Lib. II. Cap. V.  
nostra sincera. In qua multi sunt  
sancti illustres, quos Ecclesia colit  
honoribus; alij vero minus noti,  
quos Deus tantisper habet in sacris  
thesauris providentiae sua, donec  
sit tempus eos manifestandi: quo  
inter etiam sit Venerabilis P. Lu  
dovicus de Ponte. Cujus illustris  
merita representabat corona, cum  
sex stellis, ita fulgentibus, ut totum  
ab ijs templum illustraretur; qua  
rum una significabatur flagrante  
eius amor erga Deum, & homines,  
cum studio succurrendi illis, qua  
rum posset in qualibet egestate  
corporis & animae: altera summa  
innocentia vitae, quae magis Ange  
lo videretur convenire, quam ho  
mini mortali: aliâ humilitas, ac  
profunda demissio: aliâ studium  
ac diligentia in contemplandis re  
bus divinis: quintâ devotio, spi  
rans ac relucens in omnibus eius  
actionibus: ultimâ ardens cupidi

nas amplificandi gloriam Dei. Pen-  
debat verò corona sublimis in  
aere; quo Deus indicabat sancti-  
tatem viri quondam in Ecclesia  
celebrem, & operibus conspicuam  
fore.

## C A P U T VI.

### *NITOR ANIMÆ LUDOVICI, ET ABNEGATIO.*

#### I.

A MOR, quo Ludovicus fere-  
batur in DEVM, summam ci-  
curam injectit, ne quid unquam  
labis prudens sciens admitteret,  
quo purissimos illos oculos Dei,  
summè sibi dilecti, offendiceret.  
Tres viri graves, qui generalem  
eius confessionem de tua vita ex-  
cepérunt, sanctè testati sunt, eum  
nunquam excidisse innocentiam,  
quam in sacro Baptismo fuerat  
consecutus. Imò firmissimè pro-  
posuerat sibi, cavere omnem o-

N 4 mnino

*Votum  
facit ne  
leviter  
quidem  
peccādi.*

mño voluntariam culpm, etiau  
veniale: quod generosum pro  
positum, viginti annis ante mo  
tem, adjecta voti religione sand  
vit. Seryavit autem tam exacte,  
cūm quotidie apud Confessarium  
se accusaret, ille vix potuerit inve  
nire culpm, à qua eum absolveret.  
Rem enim verò magnam, & raram,  
quam Joannes Rho in Ludovico,  
& in Jacobo Alvaro de Paz con  
siderans, sic scribit: *Ardua dictum,*  
*quadraginta ipsos annos, quos Alvaro*  
*in Societate vixit, nullius se venialis,*  
*ut loquimur, noxa reum ex destinati  
ne animi comperisse: plures etiam*  
*Ludovico eadem integritate abyssi.*  
*Quod ne cui nimium mirum sit, scit*  
*id illis sine graviore culpa minimè in  
tegrum fuisse: nam pro suo amore su  
titatis, sanctè DEO voverant, nun  
quam se scientes, videntesque vel le  
viter peccaturos. Id, quod etiam*  
*ideo magis admireris, quod cūm*  
*estimatis*

m, etiau  
um pro  
te mo  
ne sand  
exacte,  
fessarium  
erit inve  
solvore  
& rara  
udovico  
az confi  
dictum  
s Alvaru  
veniali  
destinati  
es etiam  
abyssu  
o sit, seu  
nimis in  
more su  
ant, nu  
ue vel le  
d etiam  
quod cum  
utci  
sterque doctissimus, & rerum divi  
narum simul, & humanæ infirmi  
tatis gnarissimus esset, neque ne  
sciret, quod in sacris oraculis est,  
etiam justissimum quemque sepius  
labi quotidie, ipsi tamen ea se ne  
cessitate obligare sint ausi; utique  
non facturi, nisi suæ vigilantiae, &  
auxiliorum à cœlo sibi affluentium  
conscientia animati fuissent.

## II.

Atque hoc etiam majus aliquid  
de Ludovico, gravissimis testimo  
niis ad sacrum tribunal, cum jura  
mento, delatum est: dēso & longo <sup>perfectū</sup>  
usu nihil in ejus verbis & actioni- <sup>notārūt,</sup>  
bus, etiam curioso arbitrio & at  
tentione deprehensum esse, quod  
virum examinitatē perfectum nō  
deceret, vel vitium, aut imperfe  
ctionem oleret; sed ita accuratē  
ab eo dicta, factaque fuisse omnia,  
ut in ea, quæ erat, rerum conjun  
ctione melius non potuisset. Ita

*Nibil in  
ejus a-  
ctionibus*

*minus*

N 5 non

non domesticit tantum, Joannes de Salzedo, & Ludovicus de Valdivia, magnâ doctrinâ & religione virite statis sunt; sed etiam externi, Celsissimus Princeps Joannes de Requesens Zuniga & Pimentel, Machio de Viilar, summae dignitatis & prudentiae: nec non Venerabilis Mariana de S. Joseph, Fundatrix Recollectarum S. Augustini; que addit, quantumcunque in hoc genere dicatur de Ludovico, procul ab adulacione, aut exaggeratione futurum.

## III.

*Quas si-  
bimet le-  
ges pra-  
scripserit* Neque his difficulter assenserit, qui cogitabit, quām exactas suis actionibus leges, quas è Commentario ipsius hūc referam paucis, ipse præscripserit: Prima fuit, ut ante singulas elevato ad Deum animo, lucem & gratiam peteret, eas peragendi illa perfectione & modo, qui quām maximè illius

Ma.

Majestati placeret, conjunctim, sum actionibus Christi Domini nostri. Secunda, ut singulas, cum finitæ essent, revocaret ad strictum examen, postea generatim denuo examinandas cum alijs. Tertia, ut pro singulis D E O gratias ageret, cuius unius honori, & obsequio eas exercere voluerit. Quarta, ut aliquam singulis afflictionem (sive, ut vocamus, mortificationem) sua sponte adjungeret: videlicet inter orationem, aut studia, extensionem brachiorum in crucē, &c. Quinta, ut cum solus egrederetur e cubiculo, vel ingrederetur osculum pangeret imagini Christi Crucifixi, & sanctissimæ Matris ipsius, suum in eos effectum instaurando. Sexta, ut quotidie ante sacrum per confessionem expiaret animam, quò purior ad illum fontem sanctitatis accederet. Septima denique, ut preces Canonicas geragret semper

Mæ.

semper è genibus : quæ omnia  
quamdiu potuit, servavit sanctissi-  
mè. Certè nulli unquam interro-  
ganti respondit, nisi clausis tantil-  
per oculis lumen à Dœo petijisse  
& considerâsse, quid responderet  
& quâ mensurâ verborum : ordi-  
nem quoque actionum, semel pro-  
positum sibi, cōstantissimè tenuit,  
vel inter medios dolores corporis.  
Quare etiam eos, qui tantum ho-  
noris, & salutationis causa ad se  
venerant, comiter expedivit quâ  
citissimè.

## IV.

*Quatuor pravae intentiones ca-*  
*vende.* Quàm autem rigidus censor el-  
set intimorum animi sui motuum,  
ex eo colligere est , quod in suo  
Commentariolo notavit in hunc  
sensum: *Quatuor pravas intentiones,*  
inquit, *sunt expertus, quæ me impul-*  
*gnant in spiritualibus exercitijs. Prî-*  
*ma est vanitatis, ut ab alijs astimetur*  
*spiritualis. Secunda curiositatis,*  
*sentien-*

omnia  
sanctissi-  
morum extases, & similia, magis ut ex-  
periatur, quam ut gloria DEO inde pro-  
veniat. Tertia gulae spiritualis, ut  
desiderem dulcedines, consolations,  
lachrimas, & similia, propter delecta-  
tionem, qua in illis est. Quarta Quæ-  
sus, & lucri proprij, quarendo profes-  
sum & favores spirituales cum per-  
turbatione & anxietate, magis ut libe-  
rari molestia, qua est in egestate spiri-  
tus, quam ut DEV M honorem. Debeo  
igitur me animare, ut omnia faciam  
intentione tam pura, quam ficeret  
Angelus, sincerè & unicè quarendo  
voluntatem DEI propter se ipsam,  
exuendo me omni cupiditate proprij  
luchi, temporalis, ac spiritualis. Ni-  
hil est ergo mirum, etiam lynceis  
oculis, nihil in actionibus ejus ex-  
ternis, vitij notatum fuisse, cùm  
tam argutè caverit, ne illas mens  
alio, quam in honorem, & volun-  
tatem DEI collinearet.

V.

V.

*Cupidia  
tatum  
edoma-  
tio.*

Perfectum animi nitorem con-  
ciliant severitas in moderandis cu-  
piditatibus, & castigandis, quam  
Christiani Mortificationem nomi-  
namus, ac Pœnitentiam. Priorem  
Ludovicus censuit consistere vigi-  
lantia in observandis motibus ani-  
mi, & subito reprimendis: ad instar  
militis, qui in excubijs, ut primum  
videt hostem accedere, protinus  
cum invadit, occidit, & occisum  
inhumaniter excarnificat, ad alio-  
rum terrorem: sic & is, qui excubat  
animo, pravos ejus motus oppri-  
mit statim, & genus pietatis repu-  
tat, hac in se sibi esse crudelem: vel  
ut catus ( quemadmodum S. Cli-  
macus ait ) advigilat muri, sic stu-  
diosus virtutis accubat suis pravis  
motibus, & statim interimit, caven-  
do ne ludat cū eis, & ut felis muri,  
libertatem permittat. Quod ut fa-  
cilius posset, in Commentario suo

omnes

Omnes motus inordinatos reduxit  
ad quatuor genera. Primum con- *Quatuor*  
stituit in cogitationibus & imagi- *genera*  
nationibus, quæ sunt vel de rebus *pravorū*  
noxijs, vel vanis, vel inconvenien- *motuum*  
tibus tempori; vel importunè sti-  
mulant, vellicant. Secundum in af-  
fectionibus ac desiderijs, vel prohi-  
bitatum retum, ut quæ oriuntur  
à superbia, ira, invidia; vel urgente  
modo inconcinno, ut si cum per-  
turbatione, & anxietate feror in-  
studia litterarum, scientiam, con-  
donandi munus, &c. Tertium est  
animi repugnantia in exercitio vir-  
tutis, cum tempore quodam & igna-  
via, ut sit in rebus pertinentibus ad  
cultum Dei, & in his, quæ postular-  
obedientia, vel amor proximi.  
*Quartum* est libertas sensuum, vi-  
dendo, audiendo, loquendo, tan-  
gendo ex cutiositate, impetu, levi-  
tate: quæ si edomuero, inquit Lu-  
covicus, & peremero, nihil am-  
plius

plius impedit unionem cum Deo,  
& familiaritatem perfectam, ut di-  
cere possim; Introduxit me in cellam  
vinarium, & ordinavit in me charita-  
tem. Jd., quod se dicit agnoscere  
quondam in sacris Exercitijs, &  
cum studuissest huic vigilantie, ex-  
perimento compreisse, quam redi-  
Christus dixerit: Vigilate & orate,  
ut non intretis in temptationem;

## VI.

*Amor  
Dei ad  
mortifi-  
cationem  
inclinat  
varijs  
modis.*

Addit ibidem, hanc diligentiam  
& studium mortificationis excitari  
ab amore Dei, qui instar fluvij se-  
ptem brachijs ruens, alveum fibi  
facit, perfringendo quæcunque  
obstiterint: nam obstaculis mor-  
tificatione perruptis, liberè septem  
no agmine fluit, ac tendit primum  
ad interencionem hostium suorum  
præcipuorum, quæ sunt peccata,  
& ad eorum auctores, voluntatem,  
sensus, & carnem, severè castigan-  
dos pro meritis, ne porrò tale quid  
audeant;

audient: in quo ipsi mortificatio  
servit. Secundò ad sui augmentum  
infinitum, desiderando magis, ma-  
gisque nosse & amare Deum suum.  
Cui incremento, quia obſtunt  
affectiones terrenæ, illas vi mor-  
tificationis perfringit: quoniam  
docente S. Augustino: *Diminutio  
cupiditatis, est augmentum charitatis.*  
Tertiò ad recognoscendum grato  
nimo auctorem sui, quem ut  
gratis & immerenter produxit, ita  
etiam alit, auget, perficit, infinito  
beneficio. Pro quo desiderat ei re-  
spondere insigni aliquo obsequio,  
serviendo ejus Majestati terra &  
mari, quacunque impensa, sangu-  
inis & animæ: & hoc mortificatione  
consequitur, dicitque; *Quid re-  
tribuam Domino, pro omnibus, qua-  
tribuit mihi? Calicem salutaris acci-  
piam.* Quartò, ut similem se preſtet  
fuo Dilecto: sic enim & magis u-  
nietur ipſi, & charior fiet: quia si-

O militu-

militudo amoris est causa: Et sicut  
vita Christi, quem amat, fuit per-  
petua mortificatio, cum paupera-  
te, contemptu, dolore & labore  
continuo: ita & ipse mortificatio-  
nem amplectitur. Quinto ad be-  
nefaciendum his, quos amat suos  
Dilectus: hi sunt homines, quorum  
animos Deo lucrari, & adjungere  
studet, ut augeat eius censem &  
regnum, servisque etiam eorum  
corporibus, cum indigent: in iis  
enim suum dilectum aspicit. Hoc  
autem sine multa mortificatione  
non fit. Sexto anhelat ad ample-  
xum sui dilecti, a quo se duabus re-  
bus impediri vider, meritorum  
requisitorum defectu, & nondum  
expiatarum culparum, pro quibus  
ut in altera vita minus luendum  
supersit, & ut mensuram debitam  
meritorum adaequet, avidè se o-  
mnigena mortificatione ingurgi-  
tat: movit enim eum, qui vivit  
mon-

Et sic u  
fuit per  
auerba  
labore  
tificatio  
ad be  
nat sun  
s, quoru  
djungere  
nsum &  
corum  
it: in ijs  
cit. Hoc  
ificatione  
d amplex  
abuse  
itorum  
nondum  
o quibus  
endum  
debitam  
idè se o  
ingurgi  
ii vivit &  
morti  
moritur in cruce, magnis passibus  
properare ad amplexū DEI; quan-  
do bono latroni dictum est: *Hodie  
me cum eris in Paradiso.* Septimō de-  
sique, summo, quo potest, impetus  
amor fertur ad implendam omni-  
no voluntatem dilecti sui, pro ejus  
majore gloria; cui posthabet o-  
mnia sua lucta & commoda; quod  
ut ei gratum accidat, omnis mor-  
tificatio ipsi est in delicijs. Atque  
ut homo satur cibo delicato, nau-  
fest alios; sic amor DEO plenus ni-  
hil facit alia omnia; unde ipsi facile  
est, illa nec videre, neque gustare,  
neque possidere. Quemadmodum  
Deipara in sua paupertate conten-  
ta fuit solo Filio, dicendo cum ma-  
tre Tobiae: *Omnia in te uno habentes.*  
Atque ad hoc Ludovicus crebrò  
se obtulit, petendo à DEO, ut se-  
pem istis fluxionibus, &, ut ipse  
locat, inclinationibus amoris, in-  
enihil remaneret obstaculi.

O 2 VII.

## VII.

*Passiones animi quomodo reprimenda.*

Annotavit præterea modum, quo primarij motus animi, gaudium, tristitia, spes & metus, & reprimi possint, & ad meritum attolli, vel temperari, si mens bene advigilet. Nam primò, si de rebus malis, aut nihil ad me spectantibus, orientur, facile reprimet eos ratio vigilans. Affolet enim homo sepe commoveri gaudio, spe, metu, tristitia, de rebus puerilibus, aut imaginarijs, quæ nec sunt, nec erunt, aut omnino ad eum nō pertinent, frustra tamen occupant intellectū, & voluntatem, & sic infirmant robur animæ, ne se obsequio divino per hos affectus, ut oportet, impendat. Si verò moveant res naturales & fortes, in gradum virtutis elevandi sunt, ac referendi in Deum, non attribuendo mihi, quod in illis invenio. Ut si delester me cibus, res pulchra, honor anne-

XII

zus officio meo, debeo delectatio-  
dem attollere in D<sup>eu</sup>s, horum au-  
dorem. Sicut ille, qui dixit: *Dele-*  
*isti me in factura tua: nullo mo-*  
*do acquiescendo in eo, quod mihi*  
*sapiant, placeant. Si spes oboria-*  
*turalicuius rei, debeo illam sperare*  
*a manu D<sup>ei</sup>, pro ejus honore &*  
*obsequio. Similiter si tristitia, si*  
*timor alicuius mali incessat, debeo*  
*timere, dolere offensa, vel jactura*  
*Dei: sic ut omnis timoris, m<sup>er</sup>o-  
ris, l<sup>et</sup>itiae, spei, solus D<sup>eu</sup>s sit causa:*  
Modum autem temperandi affe- *Eadens*  
ctus hunc adinvēnit Ludovicus, ut *quoniam* mode  
misceantur contrarijs: ut *si dele-* *tempe-*  
*ret me cibus, aut honor, excitem randa.*  
in me tristitiam, quod non traſter,  
ut mereor meis peccatis: timorem,  
ne D<sup>eu</sup>s fortè his remunerari me  
velit, nulla spe præmij secuturi in-  
altera vita; & ne hoc impedit me  
in obsequio D<sup>ei</sup>. Si dolent res ad-  
versæ, excitare debeo gaudium,  
O 3 quod

quòd traher pro meritis, Dei pr  
videntiā sic procurante meum bo  
num spirituale , quod indē potest  
existere. Si timeam confusionem,  
concipiendum est desiderium , &  
spes, tanquam è re, unde mihi mu  
ta bona possint oriri, inter quæ et  
meritum humilitatis, ac patientia.  
Si spes prosperitatis alluceat, exci  
tabo timorem, ne felicitas ea mihi  
damno sit ; ne illa mihi pro met  
cede recte factorum computetur  
à Deo ; ne me impedit in divino  
servitio. Hoc sensu putabat Ludo  
vicus intelligi posse , quod à Deo  
dictum est olim S. Francisco, ut ac  
cipiat dulcia pro amaris , & amari  
pro dulcibus : videlicet gaudium,  
ac spem, vertendo in tristitiam, &  
metum. Hunc autem, ac tristitiam,  
in spem & gaudium : juxta illud:  
Si separaveris pretiosum à vili, quaf  
os meum eris. Etenim in qualibet  
re est aliquid boni, quo gaudeas;

Dei pro mali, quod refugias, ac doleas: ut in  
neum bo honore, quem admittere debes'  
dè poti ratione tui officij, consideratâ tuâ  
usionem indignitate, periculo, vanitate rei,  
erium, & quod doleas; sed spectâdo, quod  
pihi mu juvet, ut melius fungaris officio,  
er quæ c est, cur eum acceptes. Atque hæc  
patientia vigilantia, quâ Ludovicus tam  
reat, exc feliciter est usus in reprimendis, &  
as ea mihi moderandis suis affectibus, ut teste  
pro me Mariana de S. Joseph, sepius lauda-  
mputetur ria, visus fuerit omnibus carere,  
in divino quasi mortuus, cùm tamen (ut illa  
bat Ludo dicebat) esset cholericissimus.

## VIII.

Multa passim in ejus vitæ narra. *Varia*  
tione documenta vidimus istius, *mortifi-*  
ad omnem se ipsum vincendi oc-*cationes*  
casionem intentæ vigilantiæ: qui-*Ludo-*  
bus accedant hæc pauca. Præscri-*vici.*  
pserat ei medicus, restaurando, qui  
totus pessundatus fuerat, stoma-  
cho, panem saccharatum è vino  
sumendum. Bis accepit, ut obedi-  
O 4 ret,

ret, nec amplius; propterea, quod  
jam sentiret aliquod sui levamen-  
tum: quæ ipsa videri poterat justa  
causa pergendii in usu ejus remedi;  
**Alio tempore, cùm** nausea lethalis  
teneretur omnium escarum, qua-  
dam ejus studiosa, quæ id rescive-  
rat, misit ei amyrum. Bis accepta  
vit pro medicamento: & cùm nau-  
sea remisisset, vetuit mitti deinceps:  
at cùm illa pergeret mittere,  
edixit illi, nisi cesset mittere, se non  
amplius eam ad confessionem ad-  
missurum. Cùm alias varia missa  
forent ei ab amicis cupedia, nihil  
corum attigit, sed jussit omnia  
distribui inter alios infirmos: sed  
cùm notasset aliquid eorum in-  
capsa sub mensa asservari pro se,  
non quievit, donec omnia forent  
ablata, nolens cubiculum suum  
esse cupidinarium. Appositus erat  
ei panis primarius, quem ut audivit  
communem reliquis domi non  
efficere, se  
meder  
apponere  
abstinere  
pro m  
quam  
vexare  
nunqu  
campo  
postulare  
num, i  
ex ejus  
ita qu  
Pimen  
tōsule  
bulan  
recessi  
loci a  
do, cù  
solear  
id in t  
prece  
tracta  
egressu

ea, quod  
e vamen  
erat just  
remedi  
ea lethal  
um, que  
rescive  
accepta  
cum nau  
itti dein  
mittere,  
re, se non  
onem ad  
ia missa  
dia, nihil  
omnia  
mos: sed  
rum in  
i pro se,  
ia forent  
m suum  
situs erat  
ut audivit  
mi non  
effic  
se, sed foris allatum, noluit co  
medere. Fructibus novis interdum  
apponi solitis, prunis, cerasis, uvis,  
abstinuit semper, nisi imperaretur  
pro medicamento. Interdiu nun  
quam comedit, nec bibit, licet siti  
vexaretur semper intolerabili  
nunquam animi causâ prodixit ad  
campos. Si quando, negotio ita  
postulante, veniret in locum amœ  
num, ita frænabat oculos, nihil ut  
ex ejus aspectu caperet voluptatis.  
Ita quondam Comiti Antonio  
Pimentelio, de rebus gravibus  
fôculenti cum satisfecisset, deam  
bulando in horto per tres horas,  
cessit, nec pomario, nec reliqua  
loci amœnitate inspecta. Pari mo  
do, cum in Collegio nescio quod  
solemne celebraretur, ipse tempus  
id in templo genibus flexis inter  
preces consumpsit. Nec mollius  
tractavit reliquos sensus: nunquam  
egressus cubiculo, nisi cansa ur  
genti:

O s gente:

gente: nunquam res novas per-  
cunctatus, aut memorans; in lectio-  
nem aetas esset, nunquam se versa-  
bat, partem frigidorem querendo.  
Plurima id genus in eo notarunt  
ij, quibus erat major consuetudo  
cum eo; ut appareret eum servabile  
propositum, quod se dixit aliquan-  
do fecisse, mortificandi se in omni-  
bus. Ita enim cum Apostolo sem-  
per mortificationem IESV in cor-  
pore suo tulit, ut & vita Domini  
IESV exprimeretur in ejus corpore.

## IX.

*Rigores*. Jam poenitentiae tantus in eo  
Ludovi- fuit rigor, quantum ignis divini  
ci contra amoris contra peccata, & causas  
seipsum. eorum accenderat: vigilijs, ieju-  
nijs, flagris, cilicijs, alijs supplicijs  
minime clementibus illa vindicando,  
non habitâ ratione suz  
ætatis, & virium. Gestavit enim  
continuo indusum cilicinū; quo-  
tidiana largaque flagellatione ita

scipsum excepit, ut crepitus plaga-  
rum audiretur in tota vicinia, &  
frusta flagelli dissilirent: somnum  
capiebat per brevem, in vestibus,  
supra duram tabulam, nisi quod  
multas noctes insomnis transegit;  
jejunium ejus censeri potuit per-  
petuum, ut qui fere solis herbis  
vesceretur, & aqua, ad tres uncias  
admensa; in cubiculo cum solus es-  
set, saepe passis in crucem brachijs  
manebat, ea se figura Christi, quem  
unicè diligebat, oblectans. His,  
aliisque modis ita suum corpus ex-  
haustit, ut vir primarius, qui S. Ihsu-  
dori corpus à tot seculis incorru-  
ptum viderat, non dubitaret asse-  
tere, Ludovici viventis corpus  
multò aridius esse. Quamvis autem  
Superiores apposuerint ei socium,  
qui cum potestate contineret illum  
regionibus debitæ moderationis,  
& modestiæ, ne se ipsum ante tem-  
pus conficeret; & ipse morem illi  
gesserit;

gesserit; semper tamen, usque ad  
 extrema, vigiliarum, & quotidiana  
 flagellationis, usum retinuit: qui  
 tanta cupiditate vindictæ in sua, ha-  
 cet exigua, peccata, velut injurias  
 Dei, tenebatur, ut scripserit in suo  
 Commentario, se affici gaudio  
 quod Deus non tantum benignè  
 peccata remittat, sed etiam puniat  
 magisque petere, ut nunc ea Deus  
 in ipso pro misericordia puniat,  
 quam ut sine debita satisfactione  
 de suæ Majestatis injurijs, clemen-  
 ter condonet. *DEVS ultionum*  
*Dominus, DEVS ultionum liberè egi.*  
 Exaltare qui judicas terram: reddat  
 Delecta retributionem superbis. O *DEVS*  
 tur justi ultionum, inquit, gaudeo, quod exal-  
 tiæ *DEI* teris, monstrando tuam justitiam: puni-  
 punitis hunc superbum; castiga meam super-  
 peccata. *Quoniam* *De-*  
*mine,*

usque a  
notidianis  
uit: qui  
in sua, h  
injuriis  
rit in suo  
gaudio  
benigne  
m punit  
ea DEVS  
puniat,  
sfactione  
clemen-  
tationum  
iberè egit.  
m: reddat  
O DEVS  
uod exal-  
tiam: puni-  
am super-  
neam va-  
m, ita, u-  
o pecca-  
mdiu, Du-  
mine,

mine, hi mali motus, & inclinationes  
me gloriabuntur de me contra re?   
q[uo]d h[oc] me cum Sanctis tuis ad vin-  
dictam offero. Lætabitur justus, cùm  
viderit vindictā in se expeti, quām  
in purgatorio, tā in terra. Sic intel-  
lexi verbum Sponsa de D E O suo, quod  
sit totus desiderabilis: quod enim  
in eo videtur acerbum ac terrible, ut  
est justitia vindex, tam est amabile,  
quām sua bonitas, sua sapientia, &  
alia attributa & perfectiones divinae.  
Hic ego non poteram commoveri timo-  
nū pœnarum, sed eo solo, ne me DEVS  
deserat. Vnde sepe solebam dicere: Nō  
me derelinquas usque quaque. Et  
à te nunquam separari permittas.  
Haec tenus ipse: cuius tam admirabiles  
affectus, non nisi à maximo  
Dei amore, poterant provenire.

## X.

Quantum verò D E O placerent  
eius rigores, cognovit illa Religio-  
sa, cui (ut ipsa perhibuit apud Ju-  
dices)

dices) inter orandum ostensus est  
hortus conclusus quatuor pessulis,  
in quo redolebant omnis generis  
fragrantissimi flores. Quem hor-  
tum intellexit esse Societatem  
J E S V, munitam quatuor solenni-  
bus votis, & florentem hominibus  
insignibus: inter eos lilyum vidit  
candidissimum, cum aureo limbo,  
qua<sup>e</sup> Ludovici virtutum effigies  
erat: virgineam ejus integritatem  
gratia D E I circumdante. In sex  
folijs lilij cernebanrur totidem  
cruces aureæ, quod sua omnia cru-  
ce consignasset, instar Apostoli,  
mortificationem Christi in corpo-  
re suo circumferentis: prima cruce  
significabantur ejus jejunia, se-  
cunda vigilia, tertia flagellationes  
ac cilicia, quarta compressio cupi-  
dinum, quintain morbis & injurijs,  
ac suis rebus omnibus taciturnitas:  
vltima patientia, & animi ad omne  
genus morborum præparatio: quæ  
quidem

ensus est quidem omnia meritò designata  
pessulis, s generis.  
em horum etatem solenni  
minibus vidit o limbo, effigies  
gritatem. In sex  
otidem annia cru  
i apostoli, n corpora  
na cruce, se  
llationes si cupi  
injurijs, turnitas  
ad omne tio: qu  
quidem

C A P U T VII:  
*FIDES ET FIDUCIA  
DE DEO.*

I.

**Q**uam firma ac vivida in ani- Vivaci-  
mo Ludovici Fides rerum citer ap-  
tælestium vigeret, quæ memorata prehen-  
sunt, abundè, nisi fallor, demon- dit res  
strant; quando sine penitissima  
illarum impressione, tantus amor  
Dei, tanta malorum patientia, &  
appetentia esse non potuit. Et verò  
ipse gnatus, quantum esset in eorum  
mysteriorum sensu, vivaque sub  
oculos animi revocatione, mo-  
menti, toto se studio ad eorum  
considerationem applicabat, ut  
quantum fieri potest, ea non solùm  
penitus intueretur, sed etiam de-  
gustaret, animique complexu re-  
neret. Animadversum est, & mé-  
moriæ

moriæ proditum à Luca Carillio, Hic ex  
illum sive altari assisteret, Sacra-  
menta tractaret, preces, & alia ma-  
jotis momenti sacra perageret; sive  
etiam Horis consuetis Deiparam  
salutaret, mensæ benediceret, gra-  
tias ageret, pari semper attentione  
mentis, & erectione fecisse omnia

*Ut Bea-* Sæpe DEV M rogabat, ut hanc sibi  
torū fe- Fidem augeret: quia ut omnis Be-  
licitas in torum felicitas, ac sanctitas oritur  
claro Dei à claro DEI aspectu; sic omnem  
cōspectu; animi nostri profectum in hac vita  
sic nostra ex Fidei claritate norat pendere:  
in Fidei neque meditatio, discussio & pe-  
vivaci- pensio rerum Fidei cognitarum alia  
tate con- de causa suscipitur, quam ut mens  
fisiit. illis imbuta, cum dignè æstimate  
didicerit, impensus etiam diligat

## II.

Non irritas Ludovici preces &  
conatus fuisse, docet peculiaris illa  
sacrarum litterarum intelligentia,  
quam passim in suis libris ostendit.

Hic

Hic ex Commentario, quo lumina  
divina, motusque suos notavit,  
unum locum apponemus. Cum  
super illa verba S. Pauli: *Potens est,*  
*seruire depositum meum, notavisset Duo thes-*  
*auri*  
*Deum duos habere thesauros, unū* *Dei.*  
*bonorum operum, & meritorum,*  
de quo loquitur Apostolus; alterū  
malorum, de quo dictum est He-  
breis: *Nōnne hāc condita sunt apud*  
*me, & signata in thesauris meis? Die*  
*supremi judicij aperiendam arcam*  
*utramque, ubi Deus remunerabi-*  
*tur omnes pro meritis: addit se*  
*valde commotum verbis conti-*  
*nuo subjunctis: Juxta est dies, &*  
*adesse festinant tempora. Quare, in-*  
*quit, vide sis anima mea, quid in istis*  
*arciis deponas. Nisi te mortifices, &*  
*moriare mundo, honoribus & volupta-*  
*tibus, sola eris. Nisi granum frumenti*  
*mortuum fuerit, ipsum solum manet.*  
*Solum, sine dulci consuetudine DEI,*  
*qui non agit in oratione cum immorti-*  
*P ficiatis:*

*Anima*  
*immor-*  
*tificata*  
*desolatio.* sicutatis: solum, sine peculiari ejus protec-  
 tione, & auxilio, quod præbet morib.  
 sicutatis: solum, sine copioso fructu bo-  
 norum operum: solum, sine lucro ani-  
 marum: solum, sine solatijs spirituali-  
 bus. Incedes quasi per solitudinem in  
 oratione; in studijs, in prædicatione, in  
 officio, & sic incedes dolens. Ergo mori-  
 tifica te, & morere, & statim sola non  
 eris. Recordare anima mea, ejus, quod  
 dixit Christus Dominus noster: Qui  
 misit me, mecum est, & non reli-  
 quit me solum: quia quæ placita  
 sunt ei, facio semper. Si vis, ut  
 DEVS te non solam relinquat, procura  
 ut in omnibus ei placeas. Sed hoc non  
 poteris efficere, nisi moriendo tibi ipse.  
 Morere, morere, morere, ut vivas. Co-  
 gita tristissimum esse, solum incedent  
 per viam tam asperam, tam pericula-  
 sam, & tam longam. Si moriaris tibi  
 ipse, statim eris digna, cui se DEUS  
 associet, & comitetur. Sic ipse. Et  
 quibus apparer, quâ luce legeris  
 librios

ius prot. libros divinos; quanta facilitate  
bet morib. in suum usum lecta converterit;  
fructu bo. quantis argumentis confirmari  
lucro ani. seipsum in amplectenda cruce Do-  
spirituali. mini, & ad heroicas actiones ani-  
dinem in mārit; omnia sua peragendo cum  
atione, in vivacissima Fide, quam & medita-  
Ergo mor. tione, & crebra ad DEVm aspira-  
s sola non tione, velut ignem aspersione  
ejus, quod quadam, augebat.

## III.

Nihil tulit æquo animo, dici ab Zelus  
illo, vel doceri, quod vel tāillū re- Ludovi-  
cederet à purissima Fidei doctrina ci pro  
Vade & suos libros cupiebat rigidè doctrina  
tensi, nequid minus probatum Fidei.  
te sincerum irreperet, cujuslibet  
etiam sui quondam discipuli cen-  
sute, ac judicio, se spontè accom-  
modans. Ita scripsit quondam Al-  
fonso Romero, viro magnæ reli-  
gionis & doctrinæ, suo olim novi-  
tio, ac discipulo. Legi animadver-  
siones, & secutus sum omnes ad unguē,  
P 2 etiam

etiam quoad illam propositionem; non  
assumpsit feminam, sed virum.  
licet enim studio illam posuerim, scie-  
S. Augustinum sepe locutum hoc mode-  
Assumpsit hominem; & ipsamma-  
Ecclesiam; quia tamen non dubito ve-  
rius, & magis propriè dici, quod adver-  
tit R. V. ideo ponam & ego, Sed &  
quis ex ijs, qui agebant cum ipso  
suas res minus institueret ad regu-  
lam Fidei, non omisit eum graviter  
admonere, ostendendo quantum  
à vera Fide degeneret. Eius enim  
solius defectui tribuendum tem-  
pore animi, horrorem crucis &  
mortificationis, & quidquid imbu-  
tum Fide non condecet. Confor-  
mabatur ei quædam impensè studiola  
virtutis, at nuptaviro aspero. Hec  
dixit Ludovico, se si liberaretur illo  
cruciamento mariti, sperare ma-  
gnos in amore Dei progressus. Cui  
ille, quasi dicto offensus, credi-  
tu, inquit, in DEV M? cùm illa per-

*Ex Fide  
patientiā  
docet.*

onem; noi  
l virum  
rim, sci  
n hoc mode  
ipsamma  
dubito ve  
uod adver  
Sed &  
cum ipso  
t ad regu  
n gravitet  
quantum  
Eius enim  
um tepe  
crucis &  
uid imbu  
Confite  
è studiofa  
ero. Hac  
iretut illo  
erare ma  
essus. Cui  
credidne  
illa per  
culsa  
culsa tam inopinata quæstione,  
submissa voce respondit; Ita, Pater,  
filia sum Ecclesiæ Catholicae. Cre  
dis ergo, ait Ludovicus, DEVM esse  
ipsam bonitatem, summam sapien  
tiam, & omnipotentiam? quod  
cum affirmasset illa, intulit; quan  
do ista eredis viva Fide, credas etiā  
illum tanquam bonum te amare,  
& benē tibi velle; tanquam sapien  
tem, dedisse tibi hunc maritum, ut  
quis asperitate polias, & elabores  
virtutes, quibus digna fias obtinere  
bonum, quod desideras; & ut o  
mnipotentem, tibi opem latetur,  
nihil ab ejus cōsecutione te im  
pediat. Hac ex instructione solatio  
tunc quidem affluentem dimisi,  
sed alio tempore petenti, ut liceret  
ibi cubare super cruce, armata  
spinis ferreis, negavit dicendo;  
donec tu placidē feras crucem,  
quam tibi Devs imposuit per mo  
res mariti, non quidem tibi aliam

P 3      crucem

crucem permisero, cùm utramque  
ferre non possis. Quæ admoniti  
multum conduxit his, qui perti-  
crucis impositæ sibi à Dño, qua-  
runt aliam, ut ejus tolerant  
fallant sensum prioris. Malè con-  
sulti, qui cùm ferre nolint, quo  
Devs novit eos posse suo auxilio  
affectant aliud, cuius ferendi oper-  
a Dño paratam non habent. Et  
Fide quoque protectum est, ut ad  
aram, factâ consecratione, totus  
contremiseret, ex admiratione  
ac reverentia divinæ Majestatis,  
quam Fide viva agnoscebat pre-  
sentem. Quòd si, ut Job dicit, co-  
lumnæ cœli contremiscunt, & pa-  
vent ad nutum ejus; non mirum  
si contremiscat & homo, qui aqua  
certò novit eum adesse, ac Angeli,  
quibus se longè inferiorem & indi-  
gnorem esse intelligit.

## IV.

Ab eadem Fide profluxit firmis-

utramque spes & confidentia; quam habebat Ludovicus in Deo; eam sibi qui percepit lumine peculiari concessam diviso, quod natus retulit in **commentarium**: tolerant ex quo juvabit referre, quid de Malè coanimi parvitate senserit. Ejus duas int, quod inquit esse radices, exiguum fiduciam in Deo, & magnum amorem auxilio auxilio openndi operis honoris, & vanæ gloriæ: in uenient. Et nusque extirpatione situm esse est, ut ad medium. Fiduciam in DEO au- **Primum** geri firma Fide singularis DEI pro- remediu rivatione videntie, & curæ de se, rebūisque diffiden- ajeſtatis, tuis omnibus, tam corpus, quam tie. ebat pre- animum spectantibus, de parvis & dicit, co- magnis, de sua vita, salute, honore, lūtentatione, munijs, occupatio- ne, relaxamento, successibus, quæ qui aqua omnia disponit ac dirigit, prout ejus majori gloriæ, & cuiusq; pro- fectui congruet. **Quod**, inquit, est mihi certissimum, si me DEO commi- fero; quia ipso inspirante dictum est, omnem solicitudinem vestram.

P 4      projici

proijcientes in eum, quoniam ip  
est cura de vobis. Et speciatim deb  
certissimè confidere, quòd inter omni  
meos labores, tribulaciones, perplexi  
ties, angustias & pericula, undecunq  
proveniant, sive à diabolo, sive ab ho  
minibus, sive ex officio, occupatione  
perversitate naturæ, si absque dubita  
tione ad DEUM clamavero, me exal  
diet sua Majestas, ac dabit quod peto  
vel aliquid melius: dabit autem q  
mox, vel quando mihi magis expediri  
Et ista fiducia debet esse præcipue in  
infinita misericordia & liberalitat  
DEI, & in infinitis meritis Christi De  
mini nostri. Quia ego miserabilis ma  
possum rogare ut filius, nec ut amicus,  
nec ut servus fidelis; sed ut pauper, &  
importunus, divitem in miserationi  
bus; quem delectat dare petentibus.  
Alterū Alterum remedium diffidetiae do  
remediū c̄et à suffocatione ambitionis pe  
diffiden- tendum, extincto vano desiderio  
tie. gratiæ, famæ, & existimationis hu  
mana,

mane, & represso metu ne disciplinas, aut parvi pendaris; cum fiducia divinæ opis aggrediendo negotia, ad obsequium Dei spectantia, quibus adjungi solent hæ contemnuntur formidines. Nam hoc modo Deus honoratur, & obligatur ut adjuvet, quia ipse edixit; *Favora me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me.* Hâc fidentiâ S. Petrus se misit in mare, ac super illud securus incessit: simul autem timorem admisit, cœprus est mergi. Quin imò addit Ludovicus. *Quan-*  
*tum est in me, in id propendere debeo,*  
*ut si par DEI sit gloria, delectet omnia*  
*mea displicere hominibus, & contra-*  
*tios habere successus: ac, si decenter*  
*possim, data opera facienda mihi sunt*  
*aliqua, quæ minus gratae solent accipi:*  
*in sic extirpem omnem timiditatem,*  
*que tantum officit divino servitio.*

## V.

Istam confidentiam Deus in.  
P s animo

animo Ludovici auxit, varijs sub  
inde lucibus infusis. Multis ali-  
quando diebus afflictum tenuerat  
memoria multarum culparum, &  
agritudinum animi, propter quas  
judicabat se indignum omni divi-  
*Sensus* no beneficio, & favore: cùm ei da-  
de boni-  
tate Dei. *tus* est sensus altissimus de bonita-  
te, & misericordia DEI, tanquam  
longissimè excedente omnes suas  
miserias, infirmitates, imperfek-  
tiones & repugnantias, ut quodam-  
modo evanescant in illa, & con-  
sumantur in sanguine, & meritis  
Christi. Ex quo subnata est illi sum-  
ma fiducia, petendi, & obtinendi  
à DEO quidlibet, per merita Christi  
dicentis; *Non turbetur cor vestrum:*  
*creditis in DEVUM, & in me credita-*  
Neque enim causa timendi est eis  
qui confidit in DEO, & in Christo;  
& quando Propheta oravit: *Cum  
mundum crea in me DEVIS;* addi pos-  
se similes petitiones: *Cor hu-*  
*mile*

arijs sub-  
ultis ali-  
tenuerat  
arum, &  
pter qua-  
nni divi-  
um ei da-  
e bonita-  
canquam  
nes sua-  
erfectio-  
uodam  
& consu-  
meritis  
illi sum-  
btinendi  
ita Chri-  
r vestris:  
e credita-  
di est ei-  
Christo:  
vit: Co-  
ddi pol-  
Cor hu-  
mili-  
mle crea in me, Deus; cor mite,  
cor obediens, cor abstinentia,  
cor pacificum, cor zelosum, &c. quod  
autem dixit, *crea in me*, divinam  
bonitatem appellavit, ac poten-  
tiam, quae sola ex nihilo, nullis re-  
quisitis meritis ac preparationibus,  
potest cor mundum creare, sup-  
pleente omnia bonitate & merito  
Christi. Atque in hunc modum in  
media sue indignitatis considera-  
tione, nihil imminuta, sed aucta,  
est Ludovici fiducia, cum sua ipsum  
peccata nihilo timidiorem faceret  
in petendo, sed ad misericordiam  
efficacius commovendam accen-  
derent.

## VI

Quin etiam ad majora petenda, fa-  
sus est eadem cogitatione auda-  
cior. Nam scribit, se quodam die, petenda  
cum recordatione misericordiarum, factus esse  
suarum abterritus, nihil insigne à audacior  
divina Majestate auderet petere,  
animum

*Eodem  
sensu ad  
majora*

*petenda*

*factus esse*

*audacior*

*animum*

animum recepisse ex illis verbis Da-  
vidis, cùm cecinit; *In verba sua su-*  
*perisperavi*. Nam singulari quodam  
sensu divinitus instinctum agno-  
visse, nihil adeò magnū esse, quod  
infinita D E I misericordia nixus  
petere non possit, ac sperare, supra  
omnia sua merita; ipsam adeò ne-  
cessitudinem cum illo, lætitiam in  
rebus tristibus, & quecunque vires,  
cogitationesque humanas exce-  
dunt. Exin se nihil non ausum fuiss-  
e petere, utcunque magnum id  
esset; quòd didicisset, niti miseri-  
cordia D E I, infinitè miseras huma-  
nas excedente. Atque istud, inquit,  
considerare dulcissimum est. Visus  
est sibi similis corpusculo indivi-  
duo, quod in aëre volitans radium  
solis nec intercipit, nec impedit.  
Omnies enim nostræ miseræ &  
peccata, misericordiæ, ac bonitatil  
divinæ soles hebetare non valent;  
cùm etiam stellæ in radio solis ne-  
cernantur.


erbis Da  
ba tua su  
quodam agno  
sse, quod  
ia nixus  
re, sup  
adeo ne  
titiam in  
ue vires,  
as exce  
sum fuis  
gnum id  
i miseri  
as huma  
d, inquit  
est. Visus  
o indivi  
radium  
npedita  
seria &  
onitatis  
valenti  
solis ne  
cernan-

ittantut quidem. Ex quo & illud  
intellexit, nullam se gloriæ causam  
habete, quantiscunque donis or  
netur à Deo: quod omnia unicè  
ab ejus immensa liberalitate pro  
veniant.

## VII.

Et verò Lucas Carillius testimo  
nio suo perhibuit, se & in privato  
colloquio, & publicè, in eo mirifi  
cam spem animadvertisse non feli  
titatis æternæ solùm, sed etiam  
alijarum quarumlibet rerum, fidu  
ciâ meritorum Christi; visumque  
sibi non aliter in Deo confidere.  
quam soleat filius aliquis tenerè  
dilectus à patre. Quare de nullo *Anima*  
bono successu eum dubitasse, ne  
que malum timuisse. Sæpe etiam *miserijs,*  
audisse ab eo, quibus alij deiçiant  
animum, cuiusmodi sunt humana  
fragilitas, imbecillitas atque pec  
cata, ijsdem animari se ad confi  
dentiam, si pariter oculos reflectat  
in

in bonitatem & misericordiam  
DEI, cui se & sua committat: cre-  
brò etiam se expertum, nunquam  
sic agentem spe suâ deludi: & quan-  
to magis diffidat sibi quisque, tan-  
to majore potiri fiducia DEI. Vnde  
etiam quoties in aliquo infortu-  
nio, morbo, aut lapsu jubebat ali-  
quem bene sperare, semper eve-  
niebat id, quod ipse promiserat:  
quia loquebatur è magna sua fidu-  
cia in DEO, qua nitebantur dicta  
illius. Ex qua etiam oriebatur, ut  
nullo unquam turbaretur adverso  
successu, nullo efferretur secundo.  
Quoties autem incidebat in hoc  
argumentum, tanta verborum co-  
pia, tanta vi sententiarum suade-  
bat hanc fiduciam, ut omnes  
mirificè ad eam exci-  
tarentur..



## CAPUT

## CAPUT VIII.

LUDOVICI RELIGIO, ET  
FAMILIARITAS CVM  
DEO.

## I.

E A fuit in Ludovico reveren. *Ludovi-*  
*tia Divinæ Majestatis, quam cī reve-*  
*semper animo præsentem, ac per rētia er-*  
*lumen sidei gloria circumfusam, ga Ma-*  
*intuebatur, ut cūm cernuus eam jefstatem*  
*adoraret (adorabat autem sēpissi-*  
*nē) videretur infra terram, & fines*  
*atrum, ad nihilum usque sevelle*  
*demittere. Convalescebat quon-*  
*dam à gravissima infirmitate, nec*  
*ine adminiculo scipionis poterat*  
*pedibus consistere. Visurus ad eum*  
*Joannes de Benavides, audivit in-*  
*senti spiritu pronunciantem illa-*  
*verba Psalmi, quibus invitamur ad*  
*sudes DEI canendas: Venite adore-*  
*nus & procidamus ante DEV M, ac*  
*in*

APUT

in genua, ut conclave tremore concuteret. Apertā silentio januā vidi humiflexum, ac desuper, cingulo tenus, undante lucis globo circumdatū. Territus clausā januā recessit; at ubi recogitavit, an non fuisset hoc suorum oculorum lumen, rediit, inspexit; eodem insitu, & splendore constitutum vulnus inflammatō, & reliqua Psalmi recitantem invenit.

## II.

*Preces* Solebat autem Horas Canonicas, cùm egredi poterat è cubiculo, ut peregenibus recitare coram Venerabili Sacramento; aut saltem versus illud, cùm non potuit egredi. Erratque sic intentus his precibus, ut licet auditu esset minimè obtuso, januam ab adventatibus pulsatam non perciperet: quòd si quem intrasse notaret, signo dato jussit expectare paulisper, donec Horam unam ad finem perduxisset. Quan-

do morbus non sinebat eum esse  
in poplitibus, in humili scabello  
nusquam inclinatus orabat: quan-  
do verò etiam sōcium admittere  
cogebatur, ut orarent invicem,  
mīro ardore fatebantur se accēndi.  
Cū ob spirandi difficultatem  
pronunciate preces non poterat,  
intus eas ac submissè, non minore  
sensu ac ardore canebat, ut cunque  
à medicis liber ab eo penso judica-  
tur. Neque pro Romano prolixo  
voluit unquam privilegium bre-  
vioris admittere. Consueverat  
etiam raptim interspirare, cū  
Psalmi suggererent affectum, lon-  
giore verò pausam facere solemnī  
Psalmorum clausulæ, quā sanctis  
sumis Divinitatis Personis gloria  
canitur, singulas dilaudando, velut  
inter choros cœlestes constitutus.  
Nec absimili sensu recitabat illum  
locum, quo sanctum & terribile no-  
men Dei prædicatur. Varios insu-

Q per

per modos adinvenit, attentius  
persolvendi has preces. Primus est,  
unum Psalmum De Patris honori  
dicare, alterum Filij, tertium Si-  
Spiritū; à quolibet eorum aliquid  
certi petendo, & animadvertisendo,  
quid in Psalmo spectans ad ejus ho-  
norem, quod ei gratuleris, occur-  
rat. Sic etiam unum Deiparae, alte-  
rum alteri Beatorum licebit tri-  
buere. Secundus, referre Psalmum  
in gratiarum actionem pro certo  
beneficio divinitus accepto, aliud  
pro alio, petendo simul gratiam  
agnoscendi magnitudinem bene-  
ficij, recteque illo utendi in obie-  
quia Dei. Tertius, quolibet Psalmo  
petere à Deo certam virtutem,  
annotando si quis locus in eo spe-  
ctans ad illam occurrat. Quartus  
denique recitare unum Psalmum  
in honorem unius Mysterij, vel at-  
ticuli Vitæ & Passionis Christi, co-  
uslibet eorum estimationem, amo-  
rem;

ttentius  
imis est,  
s honoris  
rtium S  
o aliquid  
ertendo,  
ejus ho  
s, occut  
uræ, alte  
ebit tri  
salmum  
ro certo  
o, alium  
ratiam  
m bene  
in obie  
t Psalmo  
tutem,  
n eo spe  
Quarrus  
salmum  
i, vel at  
risti, co  
m, amo  
rem;

## III.

Ex cogitavit in super varios DEI Modus  
laudandi modos, & gratias agendi. *DEVM*  
Laudandi primus hic est, ut sicuti *landan-*  
*Canticu suo tres pueri in fornace di.*  
Babylonica excitarunt omnes res  
creatæ ad laudem DEI, sic invitent  
ur ad laudes DEO canendas omnes  
seati Spiritus, hoc modo: *Benedicite*  
*Angeli Domini Domino, laudate,*  
*& superexaltate eum in secula. Bene-*  
*dicite Seraphini Domini Domino, &c.*  
Ita sic omnes deinceps ordines, us  
que ad Tutelares Ecclesiæ, Regno  
rum, Provinciarum, Episcopatuū,  
Religionum, hominum singulo  
rum, &c. in fine addendo consue  
tam orationem de SS. Angelis. Al  
ter modus, priori similis, invocat  
hominum beatorum ordines, Pa

*Q 2 triar-*

triarcharum, Prophetarum, Apostolorum, &c. subjuncta oratione de omnibus Sanctis. Tertius exaltat in easdem laudes animam sui, & singulas nominatim facultates vires ac sensus, ut, *Benedic memor mea Domino; lauda, & superexalte eum in secula.* Cum oratione consueta gratijs DEO agendis. Pro quibus annotavit hunc modum, ad instar sertæ rosis coronæ, hâc formulâ, ut pro Angelica salutatione decies repeatantur hâc verba; *Gratias DEO, & Domino nostro IESU Christo: vel, gaudeo gloriâ tuâ, DEO;* aut alium convenientem affectum exprimentia. Et loco orationis Dominicæ, dicatur *Gloria Patri: vel Benedicamus Patrem, & Filium, &c.* Sic etiam Rosarium nec potest de B. M. V. vel de SS. Angelis. Atque ista fuerit causa, cur semper corollam haberet in manibus, quacunque incessit, videlicet ubique consimili se modo exercens.

*Et gra-  
tias a-  
gendi.*

## IV.

Ad sacrificium longâ se oratio. *Sacrifi-*  
*cium quo-*  
*tius exci-*  
*ne, & multa mortificatione para-*  
*bat; nec nisi præmissa quotidie*  
*Confessione ad illud accedendo.* *modo*  
*perege-*  
*rit.*

Et cum plerumque ad tres horæ  
 partes, aliquando etiam, affluente  
 vi gratiæ cœlestis, ad tres aut qua-  
 tuor horas illud produceret, priva-  
 to in sacello permisus est facere.  
 Ad certa quædam verba cum ve-  
 nisset, singulari pronunciabat ea-  
 cum significatione affectus, ut cor-  
 si subtilire putares in pectore: ge-  
 nua debitum locis, etiam in summo  
 furore podagræ, flectebat profun-  
 dissimè. Sub commemoratione  
 vivorum ac defunctorum, ardebat  
 facies, alias pallida, manabant ocu-  
 li, densabantur gemitus ac suspiria,  
 totus tremebat ex reverentia Chri-  
 sti presentis. Tanta fuit interdum  
 vehementia motuum animi, ut  
 qui ministrabant ei, timerent, ne

Q 3 vitam

witam ante Sacrum absolveret  
quod ipsem non obscurè signifi-  
cavit cuidam dicendo, D E V M ali-  
quando in hoc Sacramento sic o-  
stendere se quibusdam, ut si lux il-  
la procederet, eam vivi sustinere  
non possent: quod satì animad-  
versum est cum dicere à sua expe-  
rientia. Et primis quidem annis  
quadraginta nullo die, quo facer-  
licet, hoc intermisit, quacunque  
valetudine conflictaretur, ardore  
animi superante omnem difficul-  
tatem, sive indumenta sacra fo-  
mendi, ponendi; sive standi ad  
aram; sive servandi cæremonias  
divini cultūs præscriptas, etiam  
quando mortuo, quam viventi si-  
milior, cogeretur decumbere: cùm  
enim sacri tempus erat, erigebat  
robustior scipso: ut adeò nocte na-  
tu Christi consecrata, tria conti-  
nuo Sacra perageret: medicis ad-  
mirantibus, & vim in ea re omni

natura

natura majorem agnoscētibus, ut  
rē signif. **E V M** al-  
to sic o-  
c si lux il-  
sustine-  
s animad-  
sua exp-  
em annis  
uo facen-  
acunque-  
r, ardore-  
a difficult-  
sacra su-  
standi ad  
emonias  
s, etiam  
viventi si-  
bere: cūm  
rigebat se  
nocte na-  
ria conti-  
edicis ad-  
re omni-  
natura  
olveret  
rē signifi-  
que frater ejus Andreas, Domini-  
canus, hortaretur eum, ut sibi par-  
ceret, quōd non posset consistere  
pedibus: *Potero, inquit, mi frater:*  
*DEVS juvabit. Sine me, quia aliam*  
*consolationem non habeo: quod, cūm*  
*ei semel prohiberet Rector, quōd*  
*nimirū quām infirmus esset, rogavit*  
*multis precibus ut liceret saltem, si*  
*tantæ suppeterent vires. Facilē im-*  
*petravit, quōd videretur non futu-*  
*rum, ut posset. Gavisus ipse rem in*  
*manu DEI relictam, facilē obtinuit*  
*Deo vires: potuit, surrexit, fecit*  
*utris desiderio suo. Cūm autem*  
*Deo placuisset, ut jam omnino pro*  
*agro se gereret, & Sacrificio su-*  
*persederet, sub sacro alterius, quod*  
*in arā apud eum seorsim excitata-*  
*nebat, quotidie divino pane refe-*  
*rus, prolixas Deo gratias egit, &*  
*missus est, se tum non sentire, quos*

Q 4

patie-

patiebatur, dolores, sive id ex anima  
contentione provenit, sive ex effi-  
citate cœlestis alimenti, cui in  
alterâ vitâ immortalitas corporum  
à sacris Doctoribus accepta refes-  
tur.

## V.

*Semper fuit me-  
ris Canonicijs, ita ferebatur in  
mor Dei præsen-  
tis.*

Nec solum in Sacrificio, & Ho-  
ris Canonicijs, ita ferebatur in  
DEVM; sed etiam quovis alio tem-  
pore, ut verè dici posset, sine in-  
termissione orare. Id enim omnis  
ejus exterior actio, motus, vultus,  
compositio & sermo docebant  
cùm oculos & manus tollebat in  
cœlum, amore plenas emittebat  
voces, repetebat sententias è sacris  
litteris, potentiam, bonitatem, aut  
sapientiam Dei commendantes;  
ex obvijs rebus dulces hauriebat  
sensus; cùm denique à se ipso velut  
abreptus incedebat etiam per vias  
publicas, aliud non erat cogitare,  
quàm illum præsentem versari cum

DEO

Deo. Et ejus quidem præsentia conservandæ varios ipse modos revolut in suum Commentarium; pumus erat, ut cogitaret se circumdatum Deo, sic tamen, ut non simul consideraret eum intra se: id enim principio videbatur sibi non posse. Postea vero Deum non tantum circa se, sed etiam intra se agno. Primus modus vit, & magno cum gaudio intelle. præsentia sit quantum thesaurum omnis DEI. boni haberet in corpore, & animâ suâ, tanquam in vasis fictilibus. Priori modo Divina præsentia simile fuit, cum sibi videbatur in Deo versari, velut in domo, in qua dormitur, comeditur, studetur, alia omnia fiunt. Atque hanc sibi habebat pro arce, ac domo refugij contra latrones, frigus & aestum: in taverò multas ædes ac mansiones invenit; unam omnipotentia, cum divitijs infinitis & inestimabilibus, in qua Deus ostendit, quid ipse possit,

poslit, & quid ejus amici, januam ad hanc esse dixit *confidentiam in Deo*. *Introibo in potentias Domini*, Alteram sapientiae, instructam admirandis operibus, consilijs, judicijs: ad eam per humilitatem intrandum: quia *revelantur ea parvulis*. Tertiam bonitatis & amoris infiniti: in hac anima inflammatur, unitur, transformatur, inebriatorum ingressus in eam est obedientia. Et hæc sunt illa cellaria, in quæ sponsa canit se introductam à Deo. De his ita copiosè, sapidè, & sæpe loqui solebat, ut appareret eum semper in ijs versari, & agere omnia, quod inter alios amplissimis verbis Dominus Hieronymus de Avellana testatum reliquit.

## V I.

*Alius modus.*

Alio modo DEVM circa se agnoscet, quo quis in tenebris familiariter agit cum amico, quem et si non videat, nec tangat, novit tamen

men esse præsentem : & hoc ajebat  
esse, quod S. Dionysius monet, ut  
intremus in *divinam caliginem*.  
Quâ ratione fere etiam in Sacra-  
mento , sub specie panis & vini  
Christum, & cum eo quidquid di-  
vinum est, credentes adesse, varia  
pro affectu & necessitate miscemus  
colloquia. Dulcis est etiam hic *Tertius*  
modus, quo D E V M omnia seipso modus,  
complementem agnoscimus ; ita e-  
nim est intra nos, ut & nos in ipso,  
*veluti pisces in aqua, vivamus, mo-*  
*reamur, & simus: (& ut ipse loqui-*  
*tur) portemur ab eo, velut infans*  
*in utero. Et qui manet in charitate,*  
*in DEO manet, & DEVS in eo: ubi*  
non tantum petitionibus nostris  
sit locus, sed etiam gaudio, laudi-  
bus, gratulationi, & omnibus, quæ  
suggerit amor. Quòd autem Lu-  
dovicus D E V M semper, & circa, &  
intra se præsentem intellexerit, in-  
de colligere est, quòd etiam de re  
non

non difficiili interrogatus ab aliquo, cluserit oculos, ut cogitatione ad Deum recurrens disceret ab eo, quid responderi placeret. Idem indicarunt ignita illa suspiria, quæ jaculabatur frequenter. Amem te, sicut amor à te. O anima mea, am amorem, ab aeterno te amantem. Offende mihi Domine, charitatem tuam, O amore tuum da mihi. O Domine, aufer à me, quidquid obstat, ne tibi plenè uniar. O dulcissime JESV, fac me diligere crucem tuam, ut melius impleam voluntatem tuam. O amantissime JESV, fac me diligere paupertatem, opprobria, dolores & labores, ut sine alio impedimento placeam voluntati tua. O Trinitas beatissima, rege memoriam, illustra intellectum, inflamma voluntatem, adjuva impotentiam meam, ut totus tibi plenè uniar. Domine JESV, da mihi pro amore prospera mundi despicer, & nulla ejus adversa formidare. O anima mea, cogita, quæ Domini sunt,

ab ali-  
cogita-  
ficeret  
aceret  
spiria,  
Amen  
ea, am-  
Osten-  
am, &  
ine, au-  
i plene  
ne dili-  
npleam  
ssime  
item, u-  
ine allo-  
ti tua-  
oriam,  
volun-  
am, n-  
JESV,  
adida-  
Formi-  
omini-  
sunt,

just, quomodo placeas D<sup>O</sup>. H<sup>c</sup> ex  
ius Commentatio referenda pu-  
tavi.

VII.

Vbi annotavit alium adhuc mo-  
dum, quo D<sup>E</sup>VM instar lucis præsen-  
tem quis habeat; ac de isto intel-  
lexit h<sup>c</sup> verba; *Lux in tenebris  
lucet, & tenebræ eam non comprehen-  
derunt. Sol, inquit, est fons lucis.*  
*Noster Sol D<sup>E</sup>VS est. Noster Sol Chri-  
stus est.* Hunc ait quotidie descéde-  
re in terram, sed occultum forma  
panis & vini: quia apertum nemo  
posset intueri, nemo auderet attin-  
gere! Ista nubes nobis abscondit Solem,  
in tamen radios eius, quibus mundi  
nus cōpendiarij, qui est homo, hemis-  
pharium illustrat. Cūm autem tria  
sat luminū permanentiū genera,  
Naturæ, Fidei, Scientiæ acquisitæ  
et industriam, quā uti possumus,  
quando volumus: addit in Com-  
mentario, quartum genus id esse,  
quod menti hominis interdum il-  
lucet,

lucet, juxta illud: *illuxerunt coruscationes tuae orbi terra: vidi*, & cōmōdū est terra. Est enim instar flāmæ, quā tempore calido noctu coruscat, inter nubes, tam dēnsē, tam copiosē, ut dies clara videri possit, ac dicat homo propter has illustrationes & inspirationes; *Nox illuminatio mea in deliciis meis, quia tenebre non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur.* Has coruscationes notavit fieri sub actione quaenque, sive Psalmos canat homo, sive lectioni librorum, sive studijs literarum, sive alteri rei cuiusque det operam: etiam immensa, in lecto, inter opera madnūm affulgent; manē præsertim dum expurgatur homo, Deus expectat, ut expperrectum occupet bonis affectionibus. Solet autem lux hæc jam docere aliquid è sacris libris, aliàs id, quod lectum est alibi: venit aliquando cum commotione,

tone vel admirationem magnā, cum  
jubilo, delectatione tranquilla,  
dulcibus cum lachrymis. Hæc ille  
horum experientissimus annota-  
vit, è quibus apparet, quām fami-  
liariter Dō sit usus.

VIII.

Quantas autem ex ea necessitu- *Consola-*  
*dine consolationes acceperit, noſ tiones ex*  
*omittam ex ejusdem annotatioꝝ familiae*  
*nibus referre. Tria consolationum <sup>familia</sup>  
<sup>ritate</sup>  
<sup>Dei.</sup>  
genera ordinariè, in oratione, &  
interdiu scripsit expertum se. Pri-  
mum erat in sensu divinæ Bonita-  
tis, Omnipotentiæ, Sapientiæ ac  
presentiæ DEI, vel alicuius bene-  
ficij communis, aut privati: qui sen-  
tias accidere solebat cum admira-  
tione, lætitia, gratiarum actione,  
more, submissione animi, simili-  
tudine motu: qui nonnunquam  
propit in externas laudes DEI, &c.  
quādo cum satietate animi qua-  
mam, & impletione votorum ejus;  
quod*

quod ex amore & confidentia nascitur. Ita Deus illi dicebat se dare centuplum, quod promisit in hac vita. Interdum dilaudando benignitatem Dei, tam boni sui Patris amici, Pastoris, &c. Alias cum desiderio, ut omnes Deum agnoscat. Atque hic sensus tam potens in Ludovico fuit nonnunquam, ut ipso teste, nisi remitteret, ultra sustinere non posset. Alterum solitiorum genus fuit in intelligentia eorum, quæ suâ Deus nos scripturam docuit; unde vel prior sensus, vel etiam novus excitatur, augetur, ad diutius permanet. Vltimum genus in nova veritatis notæ illustratione ac ponderatione consistit, Philosophus *agnitiones* appellat, ubi novo argumento, comparatione, similitudine, rebus, auditu, visu, lectione novè acceptis, augetur, vel sensus è discursu, vel è sensu discursus; ut adeò nova videatur.

Q Va

c lape à

Lux ad c

de eos, q

Amor D

omni suc

actre sui,

Amor cr

Flagrans

Dei, &amp; sa

quidem s

interposi

tum Dei

stantea non ignotæ, agnitione, quæ  
huiusimum & efficacissimum ani-  
mi motum efficit.

## C A P U T I X.

P O T A AC D E V O T I O N E S  
L V D O V I C I E R G A V E N E R A B I L E  
S A C R A M E N T U M , AC  
D E I P A R A M .

I.

Q Vatuor sunt, quæ maxime  
in votis habuit Ludovicus,  
se pœna à Deo obnixiūs contendit:  
Lux ad cognoscendum seipsum,  
& eos, quorum curam habebat:  
Amor Dei purus & ardens, absque  
omni suo emolumento: Odium  
cretre sui, voluptatis, honoris; &  
amor crucis, doloris, cōtemptūs:  
Flagrans denique studium gloriæ  
Dei, & salutis aliorum. Et primum  
quidem speravit se consecuturum  
interpositione gratiæ, ac merito-  
rum Deiparæ; alterum Sponsi il-

R lius,

lius; tertium S. Joannis Baptista,  
quartum, S. Pauli Apostoli. Omnia  
autem expeditionem Angelo suo  
tutelari commendavit. Atque hac  
omnia cumulatè ipsi concessa fu-  
isse, demonstrant ea, quæ supra  
narrata sunt.

## II.

Præter ista mentem suam præ-  
puè sacrosancto Evcharistia Sacra-  
mento, tum etiam Virgini Marii  
colendæ addixerat. Inde consilia  
& responsa, indè quidquid opus  
erat, petivit, & accepit. Cum con-  
siderasset illa verba; Aperite mihi  
portas justitiae, portarum nomine  
intellexit præcipuos aditus & me-  
dia perveniendi ad perfectionem:  
eas autem pandi à Deo & Angelis,  
cum ejus desideria nobis inspirarentur.  
Ac primariam quidem portam  
esse Christum Dominum nostrum  
in sanctissimo Sacramento altaris,  
qui dixit; Ego sum ostium. Per me

ptif<sup>a</sup>  
Omn<sup>i</sup>  
elo suo  
ue hac  
essa fu-  
e suprā  
präch  
Sacra-  
Matti  
onilia  
opus  
i con-  
e mul-  
mine  
& me-  
onem:  
angeli,  
iraot.  
tam  
trum  
taris,  
er me,  
si

quis introierit, salvabitur. Ad hanc portam accedendum magna cum fide & amore: sed ipso in limine, mox occursura tria exempla virtutis perillustria, eadēque præsentia; unum Demissionis extremæ, quâ se illa Majestas infinita vili pallio, vini & panis, operit; unde à multis non cognoscitur, negatur, tractatur indignè, aut exigua cum reverentia. O Rex meus, & DEUS n<sup>o</sup>us, quanto pro me vilius, tanto mihi horior! tanto magis te amabo, extolam, laudabo. Alterum exemplum Obedientiæ, quâ in eodem temporis momento præsentem, existit, in quo verba sacra pronunciavit Sacerdos, etiam improbus, & sive in ignem projiciatur, sive in locum quemcunque manet ibi, donec forma panis intereat: quia descendit de cœlo, non ut faciat voluntatem suam, sed Patris cui, à quo missus est. Hæc est autem

R 2 volun-

voluntas Patris ejus, ut eum, qui  
venit ad se, non ejiciat foras. Ter-  
tium exemplum est Misericordia,  
quā famelicos pascit & recreau-  
escā potūque, quo exquisitiorem  
non habet; vestit nudos gratiā, li-  
berat à vinculis cupidinum; solau-  
tur infirmos, abscondit eos in suis  
vulneribus, erudit illustrationibus;  
dirigit inspirationibus, corrigit in-  
ternis monitionibus, consolatur  
intimā lētitia mōestos ob suas in-  
convenientias, distractiones, irre-  
verentias; denique condonat of-  
fensas. Has trēs virtutes amplexo,  
& eartim imitandarum desiderij  
accenso, ait Ludovicus pater,  
per hanc portam, aditum ad inti-  
mam charitatem DEI, quæ est per-  
fecta justitia: atque ibi patefieri  
illi viscera infiniti amoris, quo  
Deus tantā sui demissione, ac tam  
promptè ad opera misericordia  
nobis exhibenda descendit, qua-

lia facieb  
aliversa  
dit hunc  
plenis. C  
umore imp  
posteaqua  
us DEI!  
Domino.

Porrò  
portam o  
ccedend  
bio magn  
prparati  
tione. I  
mbandi a  
toram ill  
atiendo  
lum inte  
lomno,  
d'excipie  
efficienc  
uòd si co  
ffe, anima

la faciebat, cùm in corpore mor-  
ali versaretur in mundo. Conclu-  
dit hunc locum his verbis affectu  
plenis. *O qui intraret! ô qui se isto  
more impleret; istaque justitia, ac  
posteaquam intravit, diffueret in lau-  
des DEI! Ingressus in eas confitebor  
Domino.*

III.

Porrò his adminiculis ad eam, *Quomo-  
do ad Ves-  
nerabile  
Sacra-  
mentum  
accederit  
Ludovi-  
cus.*  
portam omnis boni, & sanctitatis,  
accedendum sibi decrevit, Princi-  
pio magna cum aviditate, accurata  
preparatione, & postea gratiatum  
est. Deinde cum desiderio ex-  
imbandi ad fores illius continuò,  
voram illo peragendo preces, dis-  
cutiendo conscientiam, saepius ad  
illum intervisendo, præcipue manè  
in somno, ut ei præsentem se sistat  
ad excipienda mandata, & gratiam  
perficiendi omnia ad ejus gustum,  
quod si corpore non liceat ipsi ad-  
ire, animo saltem eum adorando

R 3 &

& alloquendo. Denique profundum reverentia, sive cum illo versetur, sive tractet aliqua ad illuminantem divini huius cibi desiderium in eo fuit, ac tanta fames, ut anno 45. una solū die, paulo ante mortem, illo abstinuerit, non absque dolore. Passus fuerat eā nocte tantas, ac tam insolitas angustias pectoris, ut crederet se suae necis, & maximi damni reum fore, nisi haustu frigidæ nimium illum astum restinguueret, & unius communis abstinentiâ multas redimeret. Fuit hoc unicum dolorum eius levamentum, ut diceret hoc pertinere illud Hispanorum proverbium: *Omnes dolores cum isto pane sunt dulces.* Atque ut ordinariè prolixus erat in gratijs agendis protanto beneficio, ita non raro singulares inter eas habuit sensus: qualis hic fuit.

lit. Peti  
dina DEI  
taret alio  
tabuit or  
mento D  
cum est ei  
fuisse id g  
S. Spiritu  
plicavit i  
ut quem  
fuit uteru  
tima dom  
dunc sub  
ianorun  
nulare d  
Communi  
Concept  
Quam  
ramen  
fuit, opt  
psit his ve  
oram di  
aducere

ofundi  
illo ver-  
illum-  
nus Sa-  
. Porro  
fideriu-  
ut anni-  
te mor-  
absque  
Et tan-  
tias pe-  
ecis, &  
isi hau-  
estum-  
munic-  
meret,  
eius le-  
ertine-  
bium:  
nt dul-  
olixus  
nto be-  
ulares  
lis hic  
fuit.

lit. Petierat post Sacrum à sanctis.  
Ima Dei Matre, secum communi-  
taret aliquid de illo sensu, quem  
habuit olim, dum ipsa in Sacra-  
mento D E V M sumeret. Significa-  
tum est ei, toties renovatum in illa  
fuisse id gaudium, quo illum opera  
Spiritūs concepit in utero. Sup-  
plicavit igitur Christo Ludovicus,  
ut quemadmodum tunc beatus  
fuit uterus Virginis, propter ma-  
xima dona, quæ largitus est ei; ita  
donec subingrediens viscera Chri-  
stianorum, omnibus eos bonis cu-  
mulare dignetur: quando sacra  
Communio est ejus in Virgine  
Conceptionis repræsentatio.

I V.

Quām crebrò divinum hoc Sa-  
cramentum venerabundus acces-  
set, optimè Joannes Rho descri-  
psit his verbis: Noctes sape integras <sup>Sepissi-</sup>  
Sacra-  
ram divina Eucharistia insomnes <sup>mē invi-</sup>  
raducere Ludovicotam solemne fuit,  
<sup>sit Vene-</sup>  
<sup>rabile</sup>

R 4 quām

Devoitio e  
oram ir  
iz pietat  
am con  
bei dista  
tur. M  
tore suo  
meret fil  
difficulta  
rum possi  
tere in c  
memora  
Pater, hos  
rit, ut ost  
iam siste  
rgendi cu  
ncordia, q  
uando m  
severo Ju

quam ad eandem summâ quadam ani  
mi attentione adorandam interdiu, u  
per tenebras itare adeò frequenter  
quæcunque demum esset anni tempe  
stas, ut sine illa esse non posse videret  
tur; mirarenturque domestici, homi  
nem nullius valetudinis, atque imbu  
cillimis usque viribus, tanta conten  
tioni non succumbere; languoribus il  
lum maximis perpetuò frangi, ut vix  
aegrum spiritum duceret, ad Sacrum  
tamen, continuamque Eucharistia  
adorationem, quantum opus esset, va  
lere. Cùm autem genua per debili  
tatem flectere non poterat, pro  
fundâ capitis inclinatione non  
unâ, sed iterum iterumque repe  
titâ genuflexionem compensavit,  
quin etiam posteaquam recesserat,  
antequam è templo pedes efficeret,  
reversus iteratâ inclinatione ce  
biti cultûs officium fecit. Si o  
mnino ex cubiculo, etiam gralla  
rum auxilio, prodire non posset,

coram

Alias e  
visitation  
mus: u  
Christo,  
um filij s

X.  
Devolio erga Ven. Sacramentum. 265  
am ani-  
oram imagine factæ Eucharistiae  
rdiu, u-  
ia pietati indulxit: nec omisit  
quenter  
am consuetudinem, quacunque  
tempo-  
tē distāntia, vel negotio distine-  
videntur. Monitus quondam à Re-  
, homi-  
bore suo, Didaco de Sosa, ne su-  
meret sibi laborem tantum cum  
conten-  
ribus il-  
, ut via  
acrum-  
hanifia  
set, va-  
debili-  
, pro-  
non-  
e repe-  
nsav-  
slerat,  
ferret,  
ne ce-  
Si o-  
gralla-  
osset,  
coram  
Alias etiam causas huius assiduae  
visitationis ab eo scriptas invenie-  
mus: unam ut delicias ficeret  
Christo, qui dixit; *Delicie meæ esse*  
*in filiis hominum*, & omnes la-

V.

*Cause  
visitant-  
di Ven.  
Sacra-  
mētum.*

R 5 boran-

borantes invitavit ad se. O anima  
mea, inquit, dic tu quoque Christo, de-  
liciae meæ esse cum Filio hominis; quem  
se ipse vocavit. Alteram, quia cùm  
Christus tanto ad nos itinere, de-  
cœlo in terram descenderit, igno-  
miniæ foret, si non aliquot passi-  
bus è cubiculo ad eum in templo  
accederem. Nam profectò Regi-  
nam Austri contra se surrecturam  
in judicio, quæ à finibus terra ve-  
nit ad audiendam sapientiam Sa-  
lomonis. Et ecce plusquam Salomon  
hic. Et eum utique non minus er-  
ga se munificum fore, qnám Salo-  
mon fuerit erga illam Reginam,  
cui dedit omnia quæ voluit, & petivit  
ab eo, exceptis his, quæ ultero obvile-  
rat ei munere Regio. Dedit enim illi  
multa plura, quam ad eum ipsa atti-  
lerat. Qualia verò acceperit Ludo-  
vicus inter has visitationes Eucha-  
ristiæ, ipse indicavit, cùm scripsit  
suam animam interdum delicijs

X.  
Devotio erga Ven. Sacramentum. 267  
O anima  
iſto, de-  
is; quem  
ia cùm  
re, de-  
, igno-  
t passi-  
emplo  
Regi-  
eturam  
rra ve-  
am Sa-  
alomon  
nus et  
Salo-  
nam,  
petivit  
obtule-  
nim illi-  
a attu-  
Ludo-  
vcha-  
ripliſt,  
eliciſſ-  
itā  
In copioſe perfundi, ut redundant  
incorpoſus: aliás commoveri repen-  
tiniſis motibus amoris, humilitatis,  
audis, & alijs, non ſine lachrymis  
& cordis teneritate: ut exclamare  
poſſit cum Regina Sabæa; Beati  
fruitui, qui h̄ic ſtant coram te ſem-  
per. Beata eris, inquit, anima mea, ſi  
poſſis longo tempore ſtare in praefen-  
tia Domini noſtri: cūmque perpen-  
deret magnitudinem hujus bene-  
ſicij, quod undequaque infinitum  
iſt: infinitum, quod eo datur; in-  
finitus amor, quo datur; infinitæ  
vices, quibus datur; infinita indi-  
gnitas ſua, cui datur: non inve-  
niebat quas pro eo gratias ageret,  
quas laudes referret; ſed cum Pro-  
pheta dicebat: Defecit in ſalutare  
tuum anima mea: Et laus tua ſilen-  
tium, DEUS: quidquid enim lau-  
dis dixero, quaſi nihil dixero. Por-  
tio inter alios hujus conſuetudi-  
nis fructus etiam hunc recenſuit,  
multi.

multiplicis confidentiæ: videlicet  
obtinendi sanitatem animæ suæ;  
quia dictum est: *Qui manducat me,  
vivit propter me: atque hoc vi sa-  
lutiferi ejus contractus: Si tetigen-  
tantum vestimentum ejus, salva en-*  
*Quin si solo aspectu serpentis enci-  
sanati sunt Hebræi, multò magis  
id fieri posse aspectu Salvatoris, in  
Sacramento constituti. Denique  
licet inclusum videre non liceat, si  
dicat unicum verbum, sanatum  
seiri. Dic, ait, ô bone JESU; dic, ait,  
anima meæ, salus tua ego sum: du-  
accipe Spiritum sanctum; Videri pos-  
sunt ea, quæ scripsit in illa verba  
Cantici; Trahe me post te. Vbi di-  
cit, Christum in hoc Sacramento  
esse instar magnetis, qui non trahit  
ad se aurum vel argentum, sed fer-  
rum, vilius metallum, & minoris  
apud homines pretij, sed sibi si-  
milius. Ita Christum facere: non  
mirum ergo, si tantâ vi Ludovicū  
attraxit.*

VI.

VI.

Alteram portam Justitiae, per Beatanam  
quam ad perfectionem sanctitatis Virginem  
venitur, sanctissimam Dei Matrem <sup>quomodo</sup>  
ille statuit Ludovicus: illa enim <sup>coluerit.</sup>

Regis alti janua, & felix cœli  
porta. Hæc ut nobis pateat, à Dœ  
petendum esse, qui per Angelum  
tutarem nobis ad eam aditum  
faciat: siquidem non nisi per illam  
possit ad primariam, de qua suprà,  
penetrari. Hanc ergo partim com  
muniqibus modis demererri studuit,  
ut suu Rosarium, jejunium ante  
Iustæ Iesus, & sabbatinis diebus, con  
sideratio Mysteriorum ad illam,  
festantium, & super omnia imita  
rio demissionis ejus ac puritatis:  
partim proprijs quibusdam, qualis  
fuit coronæ precatoriæ, in cuius  
primo denario novem ordines An  
gelorum, ac præcipue S. Gabrielem,  
de Virginis Tutorem, invitabat ad  
audes Dœ canendas pro donis ef  
fusis

fusis in illam; & mox eorum laudibus & latitijs jungebat suas, simulque à singulis personis divinis, & ipsâ Virgine, gratiam petendo, quā tum maximè indigere se putabat. Idem in secundo denario faciebat, invitando ad eadem beatos Patriarchas & prophetas, nominarim Parentes & Sponsum Deiparæ: tertio Apostolos & Discipulos Domini, præsertim illi quondam familiares, ut Joannem, & Lucā Evangelistas: quartò Martyres: quinto Cōfessores, Doctores, Religiosos: sexto, Virgines & Viduas, præsertim ejus cultui magis quondam addictas. Aliam peculiarem demetrandæ Virginis rationem excogitavit, cùm, accepto Sacerdotio, videret sibi non tempus fore ad recitandum, uti consueverat, quotidie illius Officium. Pro eo proposuit sibi quotidie recitare octo Hymnos, qui sunt distributi per Horas Officij,

Nec in

laudi Officij, & singulis addere orationem unius è festis ejus, ut Matutinam Conceptionem, Laudibus Nativitatis, Primæ Præsentationis, Tertiæ Annuntiationis, Sextæ Visitationis, Nonæ Partus live expectationis, Vesperis orationem Purificationis, Completo Assumptionis: ita quotidie omnia Deiparæ festa celebravit. Si-  
quid olim Alfonsus Salmeron singulis Angelicæ salutationis articu-  
silla recoluit: sub voce Ave, Con-  
ceptionem: Maria, Nativitatem;  
Statia plena, Præsentationem; Do-  
minus tecum, Annunciationem;  
Benedicta tu, Visitationem; Bene-  
dictus fructus ventris tui, Partum;  
Benedicta MARIA, Purificationem;  
Mater DEI, Assumptionem in coe-  
sum, ubi orat pro nobis peccato-  
bus.

VII.


Nec ingrata fuisse cœli Reginæ Favor  
studia

*Deipara* studia Ludovici, Marinæ de Escoraga Lu-  
bar ostensum est, quando ad ipsam  
dovicū. in morbo recreandam, venerunt  
spectabili formâ beati Parentes  
iilius, cum parvula in brachij  
Joachimi: qui post dulcissima  
verba, & multiplex suavium fi-  
liolæ datum, eam in S. Anna bra-  
chia deposit, & post segetem  
dulcium blanditiartim receptam,  
Ludovico (qui linteatus & stola-  
tus in Angelorum comitatu, tan-  
quam Virginei favoris minister;  
simul accesserat) eam pariter dis-  
suaviandam dedit. Is flexis geni-  
bus, magnâ cum reverentiâ, acce-  
pit hilarulam, & ad infirmam de-  
tulit, ut ejus pedum osculatione  
recrearetur..

## VIII.

*Angelo*  
*tutore*  
*familia-*  
*riter nti-*  
*tur.* Sed & Angelo suo tutepe  
quam familiariter usus est Ludo-  
vicus, quem se scribit adstantem  
sibi ad dexteram, cùm inter oran-  
dum

dam mens aliò distracta esset, sic  
allocutum fuisse: Angele mi, vel  
tibi Dominus noster reliquit libe-  
ras manus, ut me illumines & ac-  
cendas, vel non: si reliquit, quare  
id, oro, non facis? Sin ligatæ tibi  
sunt manus, pete ab eo, ut solvat,  
de concedat, ut multum possis.  
Illum autem ei non semel conspi-  
caum fuisse, infrà patebit. Sed &  
alios Sanctos impensè coluit, eos  
presertim, qui arctiore cum Chri-  
sto necessitudine gavisi noscuntur.  
De S. Petri, Apostolorum Princi-  
pis excellentia, tam sublimiter,  
tanto sensu locutus est aliquando  
cum Domino Francisco Sobrino,  
postea Vallisoletano Episcopo, ut  
admiracione plenum oculis in ter-  
ram dejectis: & intimo devo-  
tionis sensu affectum  
dimiserit.



S CAPUT

## CAPUT X.

*PAUPERTAS, CASTITAS,  
OBEDIENTIA.*

I.

**S**æpe flagitavit à Deipara Ludovicus, ut impetraret sibi à Ludovi. Deo paupertatem, quæ Christi ci sum- comes fuit individua: quam ut mapau- assequeretur, consideravit singula- pertas. quorum inopiam Christus est pa- sus; studuitque in singulis excel- lere: quare non tantum respexit unquam ad spes illas, ac fortunas, quas amore Dei quondam abjec- rat; sed etiam ubique sestatu- vilissima quæque, delectatus in- sommodo cubiculi male instructi, etiam cum Superior esset, ligneā sede, & pro sella contentus humili sedili, in quo tergum acclinare nō posset; tametsi pro advenis, qui sæpe illum conveniebant, alias ha- beret sellas, minimè tamen super- bas,

tas, aut abhorrentes à pauperie,  
Pro picturis erant imagines cupro  
impressæ, quæ ipsius devotioni ser-  
tarent. Libri non plures, quam eſ-  
ſent necessarij studijs ejus, & hi  
quidem vetustiores: & quamvis  
occasionsē nō deerant augendi li-  
brariam hanc suppelleſtilem, fa-  
tile ſuppeditaturis amicis, nun-  
quam tamen id fecit, ne quam pau-  
perati labemaspergeret. Sed nec  
in morbis admisit quidquam re-  
ſoſillationis, niſi quod in pauper-  
um Collegijs eſſet conſuetum.  
Vestes ita detritas habebat, ut post  
mortem ejus nulli amplius eſſent  
ui; quo factum eſt, ut facile di-  
ſacerari poſſent, ac diſtribui peteti-  
bus aliquas ejus reliquias. Vietus  
tenuiſſimus fuit ac pauperrimus,  
ut ſuo loco monſtratum eſt; quem  
etiam in excursionibus oſtiatiſſus  
commendare ipsi voluſe fuit.  
Ecunias nunquam habuit, ne de-

S 2 poſi-

positas quidem ab alijs ; neque pro impressione suorum librorum de quibus etiam nil unquam disposuit, vel inquisivit ; optans eos viliipēdi, dummodo aliquibus professerent. Sed neque ad scribendos illos alienā manu est usus, nisi quando erat necesse, aut nitidè scribendum, & quod oporteret servari : ut sunt ea , quæ de rebus Marinæ dicitavit: idq; non alteri scribæ, quam **domestico**, novitio, vel scholastico. Denique cùm Dominus Antonius Pimentel ad ornare velle ei Sacellum in suo conclavi, nè Sacri causâ cogeretur per scalas alieno auxilio duci , vel deportari ad Sacellum commune; non permisit aram augeri pretiosis reliquiarum sacrarum thecis, thensive : neque alia dona pietati alemdæ, ab illo, aliisque sæpius oblata, accepit: ut proinde vit hîc ita versatus fuerit in rebus humanis , ac si Ge-

niorum

neque nōrum cœlestium eſſet, qui illa-  
rum cupiditate nullā tangatur.

II.

Castimoniam nativam & virgi- *Caſtitas*  
nalem totā vitā, etiam in p̄ſer- *illibata.*  
vidā corporis habitudine, servâſſe  
terum eſt ex ijs, quibus noſe ſue-  
runt omnes latebræ ac ſinus illius  
noſimi, & cōſcientiæ; ut nihil quid-  
quam ne cogitatione quidem, aut  
verbo, oculive niſtu, ſeu quo viſo  
alio modo in eam peccaverit. Ni-  
hilominus diligentissimè cavit o-  
moia, ē quibus aliquid vitij pudici-  
tia ſuę poſſet offerri: nullam  
unquam feminam, ne matrem qui-  
dem, aut ſororem intuitus. Cum  
illis, quando erat op̄us, egit ſemper  
curtē, ſiccēq; , tam nervousē tamē,  
ut neq; plura deſiderarent; neque  
ut ſolent, cum propter brevitatem  
deſererent. Apud ægrotos cūm  
eſſet, voluit ſemper ſocium habere  
in oculis: quorum unus, cūm eum  
S 3 ali-

aliquandiu reliquisset solum, all  
cuius interim negotij peragendi  
causā, gravissimē questus est, asse-  
rendo si id pr̄escivisset, se pedem  
domo elaturum non fuisse; arbi-  
tratus minoris esse, feminæ quan-  
tumvis illustri se vocanti dare re-  
pulsam, quam illud honestatis, &  
solitudine, probrum admittere,  
cujus ea quoque ipsi cura fuit, ut  
neque alias eum ulla ex parte, pra-  
ter os & manus, neque seipse nu-  
dum unquam viderit. Nam cū  
etiam unguis pedum nimium  
ex crescentes resecaret (quod non  
faciebat, nisi necessitate summā co-  
actus) digitum eundem tectum ha-  
bebat, cuius unguis erat putans.  
Quæ res tanto plus admirationis  
habet, quo pluribus annis fuit in  
gravissimis morbis.

## III.

*Quibus* De Obedientia, quæ compen-  
obedien- dium & summa virtutum est, scri-  
dum.

vit Ludovicus primorum & fer-  
uentiorum desideriorum, sibi luce  
divinâ, quam suis amicis largitur,  
inditorum fuisse, ut exactissimè pa-  
reret, primò omnium præceptis *Præce-*  
*Dei*, nihil etiam leve scienter ad. *ptis*, *Re-*  
*mittendo adversus illa: tum Regu- *gulis.**  
is Societatis communibus, ac pro-  
prijs officij sui: postea illis, quæ Su-  
periores ordinaverint: exin ut ac-  
ceptaret omnia, quæcunque, &  
quomodocunque *D e v s* permise-  
rit, aut immiserit. Tria verò genera *Superio-*  
*rum, quibus obediendum *Rationi-**  
sit, agnoscisse; primum Homines,  
qui loco *D e i* sunt: deinde Ratio-  
nem, quæ & ipsa vice *D e i* nos regit:  
denique Inspirationes internas, à *Divinis*  
*DEO profectas. Et per hos, inquit, *inspira-**  
*Devs regit me, & nihil mihi deerit, *tronibus.**  
& quod per *Jsaiam* dixit; *Ego Domi-*  
*nus DEVS tuus, docens te utilia, &*  
*gubernans te in via, quâ ambulas.*  
*Veniam attendisses mandata mea; fa-*

S 4 ♂

Ita esset sicut flumen pax tua, & iustitiae tua, sicut gurgites maris. Hæc prima proposita sua quām accuratim preleverit, è suprà memoratis clarum est. Nam si de Societati Regulis quæratur, omnes, etiam quæ videntur, levissimas ità servavit, ut jurati perhibeant, se nullum omnino transgressionem in eo deprehendisse: alij dicunt, non potuisse tantam illis observationem esse, nisi ab homine Dei pleno, & singularibus donis omnimodè sanctitatis ornato: alij demum, illum fuisse prodigium quoddam disciplinæ, & observantiæ Legum religiosarum. I V.

*Custodia  
lingue.*

Certè linguam sic est moderatus, ut & religiosè silentium ageret horis, locisque prescriptis; & cùm loquebatur, nullum ei verbū, nec in colloquio familiari, nec in disputatione scholastica, non emitum, aut etiam cùm rerum ex-

aggrava-

& iustificati generatione excideret. Protulerat  
Hæc prius quæcumque aliquid in exhortatione publica, primo aspectu non satis ad  
moratuimus Theologicam: at mox  
societas illud ita declaravit, ut ab omni  
etiam prolapsione purgaret. Modestia Mode-  
stia servata à S. Ignatio præscriptam, stia.  
nullum se expressit in se, ut Leges ejus, si  
intercidissent, ex ipso restaurari  
potuerint. His, quæ disposuerant  
Superiores, nihil opposuit unquam,  
nisi mandassent aliquid honorifi-  
cum, aut esset occultum, quod eos  
nō esse debere, & velle putavit. Sic  
nihil movit, cum Villagarciae sa-  
nitatem nimiâ occupatione pes-  
sundendisset; nihil cum à Salmant-  
tensi aura afficeretur pessimè; o-  
mnia cum in propatulo essent, Su-  
periorum providentia relinquen-  
do: quando verò simpliciter pro-  
positâ difficultate, Superior in-  
proposito perstabat, nihil contraria  
urgendo, quod ordinabatur exse-  
S 5 cutus

curus est; licet interim difficultas  
aucta fuisset. Vtī contigit, quando  
rogatus, ut ad domesticos exhorta-  
tionem haberet, Ministro dixit,  
eam nunc esse valetudinem suam,  
ut quod petebatur, præstare con-  
venienter auditoribus non posset;  
si tamen aliis non sit, cupere se  
denuo moneri. Redijt Minister,  
et licet ipse valetudine jā esset affi-  
ctiore, tamen operam suam addi-  
xit. Itā se non tantū erga Supe-  
riores gessit; sed eriam erga janito-  
rem, coquum, ædituum, respiciens  
eos, ut Vicarios Dei: sed & alijs o-  
mnibus morem gessit, ut sibi pro-  
posuerat, quicunque attulissent  
aliquid rectæ rationi conveniens.  
Idem in his, quæ Deus inspirasset,  
servavit paris obedientiæ studio:  
non mirum ergo, si facta est, sicut  
flumen, pax eius; justitia,  
sicut gurgites maris.

CAPUT

## C A P U T   X I .

P R V D E N T I A , E T A L I E  
V I R T U T E S .

I.

Virtutum choragus est prudencia, quam in Ludovico singularē & altiorem communis fuisse, ostendunt media, quibus praeter consuetum ordinem, ad propositum sibi finem summæ perfectionis, & ad ea, quæ Deo gratiora fore sciebat, indefessè semper, ut vidimus, conatu contendit. Quod in tanta valetudine, sine luce maiore non potuit fieri; & ordinariam auctoritate ac lege, nemo sine temeritate talium auctor illi fuisset: prout ipsi quandoque medici confessi sunt, illius virtus modum, artis suę precepta transcendere. Sed nihil est novi, humanam prudentiam non assequi illa, quæ Benedicti, Francisci, Ignatij, alij servi Dei quan-

quandoque inspirati fecere. Atque ita quidem suas actiones instituit; alios autem, quando magistratum gerebat, rexit mira tum tranquillitate propriâ, cum temperatione vigoris & lenitatis. Nam etsi omnis domi ordinârit accuratissimè, vix tamen unquam conspectus fuit extra templum, aut suum cubiculum; ostendens, etiam non ansie cursitando, posse res gubernari; cum curiositas plus perturbet, quam juvet.

## II.

*Prudenter erga sibi commissos.* Subditis ita invigilavit, ut singulari dexteritate precluderet eis omnes aditus dissolutionis, & negligentiæ: interdum satè habebat indicasse, suos cum defectus non latere. De divinis rebus ita cum eis agebat, ut suavi tenetate ferrentur in illas: reprehensiones melle amoris spargebat: neque tamen abstinebat à castigatione publica,

qua

Atque non contumeliæ sotibus, sed  
stribuit ieliquis disciplinæ foret: interdum  
stratum dissimulabat etiam animadversio-  
nem, donec productione temporis  
anquili ratione opportunior, & fructuosior esset.  
Ita si quid in ægritudine minùs re-  
ligiosè designatum ab aliquo foret,  
non nisi valetudine restitutâ cor-  
texit. Nec minùs prudenter exten-  
nos ad perfectionem direxit, eos  
principiè ad infimam humilita-  
tem, & solidarum virtutum exer-  
citia cohortando: cum hac admo-  
datione principiè, ut ubi, quæ age-  
bantur in cordibus eorum, mode-  
rè proposita moderatori suo fuis-  
sent, auditio eius consilio nulli al-  
teri facile patefacerent: quia mul-  
to usu cognoverat, si ea, quæ in-  
temporis mentium recondita sunt,  
deferantur ad diversos magistros,  
hostem animarum ansam accipe-  
re, vel miserè circumactas torquē-  
di, per diversa diversorum consilia,

vel

vel adornandi vanæ choragiūm  
gloriæ , vel denique obliquis tra-  
mitibus abducendi à recta semita-  
veræ virtutis. Id quod multis te-  
stata est sæpe laudata Mariana, Fun-  
datrix Recollectarum Augustinia-  
narum , cui dixit Ludovicus, po-  
ste aquam sciat , quid agendum sibi  
sit quoque suo tempore, sere-  
no & nubilo, nimirum ut intenta  
mortificationi & abnegationi pro-  
priæ, quærat semper in omnibus  
voluntatem D E I ; non esse , cur  
multūm, aut multos consulat, nisi  
clarissimè videat, hoc DEO placere,  
ut faciat. Et expertæ sunt plures,  
quas D E V S extraordiaariâ viâ du-  
cebat , magna sibi allata incom-  
moda , quod sua apud alios non  
presserint silentio : quod ubi de  
consilio Ludovici fecerunt, pacata  
illis continuò fuerunt omnia.

## III.

*Regi* **Philippo III. Regi Catholicis,**  
*cum*

um esset Vallisoleti, de negotio Philippo  
gravi placuerat consilium, quod dissuadet  
conspicuæ sanctitatis hominibus propositum  
commendatum voluit, ut super eo quoddam  
ad Deum referrent. Revelatum est  
uni ex filiabus confessionis Ludo-  
vici, Deo consilium non probari,  
& eum velle, ut Ludovicus hoc  
indicet Regi. Fecit, & allatis ratio-  
nibus, cur illud minus videatur.  
probandum, adjecit; hoc ipsum ita  
revelatum à Deo cuidam fuisse:  
quæ revelationes, tanquam desti-  
tuta judicio S. Ecclesiæ, licet au-  
thoritatem non habeant, non ra-  
men omnino spernendæ sint, quan-  
do rationi bene institutæ conve-  
niunt: quo modo, neque nimium  
cas extulit, neque prorsus rejicit.  
Alio tempore eadem retulit, sibi  
cum quendam è primoribus, uti  
vetierat, in oratione Deo com-  
mendasset, duos Angelos magna  
cum gloria conspicuos dixisse, è  
gloria

*Nec ob  
revela-  
tionem  
recedit  
ab eo.  
quod di-*

*stabat  
pruden-  
tia.* gloria DEI futurum, si Rex illum  
 admoveret officio cuiusdam, ad quod  
 sit peridoneus. Respondit Ludovicus, non esse aperiendam hanc  
 viam, ut per revelationes promo-  
 veantur homines ad officia: quod  
 indè maxima oriri possint incom-  
 moda. Postridie cùm illa renun-  
 ciasset, eosdem Angelos, quibus  
 cura Proceris illius demandata fit,  
 afferere, nihil eorum incommo-  
 rum extiturum, quæ Confessarius  
 timeret; Ludovicus, et si propter no-  
 tam eius virtutem de revelationis  
 veritate non dubitaret, perficit  
 tamen in sententia; dicendo, non  
 nunquam Angelos, ubi certa eis  
 voluntas DEI non est, dissidere  
 sententijs, ut contigit olim, cùm  
 de Judæorum ex Babylonica ser-  
 vitute liberatione disceptaverunt.  
 Ita etiam alias quasdam revela-  
 tiones aliorum, ad honorem Socie-  
 tatis nostræ, ac favorem spectantes,

non

illum  
ad quod  
Ludo-  
m hanc  
promo-  
a: quod  
incom-  
renun-  
quibus  
data sit,  
amodo-  
cessarius  
pter no-  
lationis  
ersticu-  
lo, non-  
erta eis  
lidere  
n, cum  
ica ser-  
verunt  
elatio-  
Socie-  
tantes,  
non

on passus est vulgari; **concius**,  
quantum D E O placeat semper.  
modestia, & cautela iu usu favo-  
rum ipsius.

IV.

Non citra spiritualium rerum. *Etiam*  
cancellos constitit Ludovici pru- *in rebus*  
tentia: de alia quacunque consul- *no sacris*  
tus ita respondebat, ac si eius foret *prudens*  
experientissimus. Unde nonnulli *fuit.*  
Principes viri omnia sua negotia  
terebat ex eius consilio; quod etsi  
nonnunquam videretur minus ap-  
positè datum, optimum tamen  
hunc, felix probabat exitus rerum.  
Certe consultus de nuptijs Sete-  
tissimæ Mariæ, jam pene confectis  
cum Principe Carolo, postea Rege  
Angliae, adduci non potuit, re D E O  
commendatâ, ut eas probaret, va-  
lidis argumentis oppugnans. Qui-  
bus telatis ad consilium status, re-  
stissæ sunt, & Regina præservata à  
calamitate mariti, qui instar male-  
fici,

fici, Europâ stupente, securi subje-  
ctus est; ac felicius nupta Impera-  
tori.

## V.

Omitto persequi ceteras Ludo-  
vici virtutes, cùm de toto genere  
moderationis, ac temperantiae sa-  
tis constet ex ijs, quæ suprà narrata  
sunt: & quia unicam DEI gloriam,  
ac voluntatem semper sibi propo-  
sitâ habuit, nihil tam arduum fuit,  
quod illâ postulante non aggredie-  
retur alacriter, fortiterque per-  
fringeret, omni re humanâ supe-  
rior. Æqui rectique tam pertinax,  
ut nullius unquam persona sineret  
ab eo se dimoveri: quo factum est,  
ut quondam etiam Rectori obsti-  
terit, qui cuidam juveni, alioqui  
satis egregio, honorem publicæ  
disputationis è Philosophia decre-  
verat, præteritis alijs eo digniori-  
bus. Illud prætermittendum non  
duco, quòd cùm aliquando de se-  
lach,

et & secura morte piorum sermo  
set, Rectorque suus, Jacobus de  
Sofa, Ludovico diceret, non esse,  
quod ipse sibi metueret; respondit,  
se quidem non diffidere misericor-  
die Dei, sed sperare salutem per  
in finita merita & sanguinem Chri-  
sti, timere tamen valde severita-  
tem ejus judicij; quando longè alij  
sunt oculi Dei, quam hominum,,  
qui multa pro levibus habent, com-  
plura ne sentiunt quidem: deniq;  
e nihil aliud animo præcipere,,  
quam longam expiationem in al-  
tera vita. Idem Rector aliquando  
cum in cubiculo ante Crucem  
prostratum, & lachrimis uberrimis  
ducentem invenit, implorando mi-  
sericordiam ejus, qui suum pro ipso  
sanguinem fudit. Causam fletus  
planctusque dixit, se Christum ora-  
re, ne ex rigore justitiae, & pro me-  
atis peccatorum suorum judicare  
velit, sed secundum misericor-

T a diam

diam suam, quâ pro se mori dignatus est. Ex eodem timore proveniunt illa sâpe repetita ab eo suspicio: Domine, ne me derelinquas usquequaque. Me à te separari nunquam permittas. Domine, dum veneris judicare, noli me condemnare: nec mirum: quia semel in Exercitijs Deys illi supernâ luce sic depinxit, & impressit imaginem severi sui judicij, ut biduo ferè totus extra se fuerit. Atqui si is tantopere timuit sibi, quid illis oportet sit animi, qui etatem in magna licentia transigunt?

## VI.

*Visio de virtutibus Ludovici*, visum cuiusdam famulæ DEI, quod jurata narravit; inter orandum, videbatur sibi, in præsentia sanctissimæ Trinitatis, ante portas cœli consistere, séque præ reverentia tantæ Majestatis velle abscondere: Ludovicus autem magna cum festinatione, ad beatam

teatam illam Civitatem conten-  
dere; qui, ut respexit illam, resistere,  
de latere velle, torvo vultu vitupe-  
tiā eius ignaviā, incunctanter &  
cupidē sese ad urbis intima secreta  
penetraverit. Ex quo ajebat illa,  
se intellexisse, quanto ardore Lu-  
dovicus ad summam perfectio-  
nem perrexerit. Nunc de donis,  
quibus extra communem ordi-  
nem, ornatus est à Deo, strictim  
dicamus.

## CAPUT XII.

### TERVM COELESTIVM IN- FVSA CONTEMPLATIO.

#### I.

DIVINA contemplandi duplex  
est genus; unum sit humanā <sup>Contem-</sup>  
<sup>plationis</sup> institutione & industriā, alterum <sup>ordina-</sup>  
recedit omne magisterium, & stu- <sup>ria.</sup>  
dium hominis, etiam gratiā divinā  
rēditi. In uno agit homo, quod  
suum est; ordinarium, & quasi na-

T 3 turale

turale statui gratiæ: alterum extra ordinem, & supra naturam hominis justi; ad illud expedit omnes eniti, sed istud nemo præsumere debet, nisi speciatim invitatus a DEO. Illud fit, cùm homo, per Modus 1. penso aliquo Mysterio, vel 1. liqueficit ac difficit in varios, ac suaves 2. erga DEVUM affectus; vel 2. in uno rei obtutu defixus, altius penetrare ntitur in latentes sub ea thesauros: vel 3. mente necdum satiatâ, per tenciores, arctioresque Dei complexus, & alacritatem ad eius obsequia, pulsat januam liberalitatis divinæ, ut sibi pleniùs satishat, patefacto eo, quod suspicatur latere, & eminus odorari jam cœpit: vel 4. silente intellectu, raptus in admiratione, incipit gustare, quod ratione non potuit assequi, & instar olei se profundius insinuans, rē altiore modo cognoscit, quam possit eloqui: vel 5. denique iam

etiam c  
DEO, ve  
dum & f  
tans qui  
hoc ge  
modo s  
dovicu  
ns, vidic  
quomo  
humane  
tic, Quæ  
tione ab  
spiritua  
pta fuisti  
perspex  
Nam ut  
a Deo a  
vitatus,  
que in e  
summæ  
perveni  
infinita  
etiam

um extra etiam cessante varietate affectuum,  
n homi Deo, vel Beato cuiusdam, instruen-  
omnes dum & sanandum se prebet, auscul-  
sumere tans quid in se Deus loquatur. Ad  
vitatus hoc genus contemplationis quo-  
modo se per eximias virtutes Lu-  
dovicus adornaverit usque a tene-  
c suaves ns, vidimus. Nunc etiam ostendamus,  
. in uno quomodo illum ad alterum illud,  
penetra humano sublimius, Deus cœxe-  
rit.

II.

Quæ de ista sublimi contempla-  
tione ab eo tradita sunt in Duce,  
spirituali, ex proprio ejus usu scri-  
pta fuisse censuerunt omnes, qui  
perspicerant eus animi penetralia.  
Nam ut a duodecimo anno ætatis,  
a Deo ad familiaritatem suam in-  
vitatus, ita quotidie magis magis-  
que in ea progressus, ad ultimum,  
inuans, summæ contemplationis culmen  
, quam pervenit. Inde cum prospiceret  
e jam infinitam Dei potentiam, totocce-  
tum est.

T 4 lo,

Ludovi-  
cus in-  
fusa co-  
templa-  
tione po-  
nitus est.

lo, terraque diffusam, pectus eius  
ripis abundabat, mirabili gaudio,  
quod intra tam potetem virtutem  
videret se constitutum, per quam  
corroborata sua debilitate, perse-  
cutor evadere posset, illique uniti,  
cui, ut sapiens dicit, facile est subi-  
honestare pauperem. Quibus è verbis  
magnum concipiebat fiduciam,  
Deum, cui se instar cere, ad omnem  
conformationem aptæ, prebebat,  
eandem in se potentiam exsertu-  
rum, ut ritè preparatum arctè sibi  
conjungat. Et verò magnis audi-  
bus augebatur id gaudiū, quādo ex-  
pertus est in medijs negotijs, mo-  
dò mirabilem tranquillitatem, tam  
facultatis imaginosæ, quā cœ-  
rarum omnium; modò illustratio-  
nem intellectus, quā discutieban-  
tur omnes dubitationes, & nebulæ  
detectis fallacijs diaboli: modò  
mutationem voluntatis, ut amaret  
ea, quæ prius horruerat, ut hon-  
est,

us eius n, quæ adamaverat: modò sum-  
gaudio, m pacem & lætitiam; quando  
irtutem bellaverat cum sœvis tentatio-  
r quam m insultibus.

III.

Non nunquā Omnipotētiam DEI Unio Lu-  
don solūm experiebatur in multi dovici  
picejus apud animum suum effici- cum O-  
ciām, sed etiam in unione quadam mni-  
omnem scū, quam vocat inenarrabilem, tentia  
bebac in Commentario suo sic ipse DEI.  
exsertu  
ctè sibi  
s audi-  
ādo ex-  
ijs, mo-  
m, tam  
o cāte-  
stratio-  
rieban-  
nebulz  
modo  
amaret  
horre-  
ret,  
nūc pugnet contra me: & alius; in  
DEO meo transgrediar murum: quia  
videt se Deo ità conjunctum, ut  
erè dicat, DEVs foritudo mea: &  
nihil cogitet, nihil desideret aliud,  
quam voluntatem DEI; Memora-  
r justitiae tuae solius, cuius imple-

T S dæ

dæ causâ tam fortis & animosus est.  
Atque hos tales ait esse omnipo-  
tentes in omni virtute; in oratio-  
ne, ut impetrant, quæcunque pe-  
tunt, à Deo; in obedientia, quæ  
exequantur omnia, quæ præcipiu-  
tur; in patientia, ut omnia perfe-  
rant: & sic in alijs omnibus. O si  
divinae Omnipotentiæ placeat, inquit,  
multos ita omnipotentes dare ecclæ-  
siæ! Et profectò talis ipse metuit  
quia propter sublimem intelligentiam,  
& flagrantem amorem, divi-  
nae Omnipotentiæ proprietates as-  
sumperat, ut homo divinus, ac  
Deum induisse videretur, tanquam  
si ferrum igne perceptum ignescat.  
Hoc arguebant viva illa, ac fervida  
desideria patiendi pro Deo dira-  
quæcunque; hoc illa præparatio  
animi ad omnem Dei nutum; hoc  
illa alacritas ad ardua tentanda  
pro Deo, in cuius voluntate uniter  
summam felicitatem suam consti-  
tuit.

IV.

IV.

De eadem unione cum D E O Varia  
loquitur: Videbatur mihi DEUS Dei cum  
mira me, ita conjunctus ad operan- suis fa-  
tia, ut cum duo sumus, videremur mulis  
cipiu- tium unus, ferè ut est anima cum conju-  
a perse- nte. Nam ita unum sumus, ut ni-  
us. O si bil aggrediar facere, quod DEUS non  
, inquit, sicut tecum: Et licet peccare velim,  
ne Eccl. ipse tamen suum ad operationis na-  
et fuit turam concursum non denegat. Quo  
elligen- domine etiam detestandum esse  
m, divi- peccatum, ait; quod indignum  
ates af sit, ista Dei coniunctione, & con-  
sus, at soru ad rem foedam abuti. Alio  
nquam loco triplicem Dei cum suis ami-  
gescat, tis coniunctionem facit; Naturam  
fervida, quam omnibus intimè adest,  
o dira- pereuentiam, praesentiam, poten-  
paratio tiam: Supernaturalē, quam per gra-  
m: hoc lam & charitatem est in illis, unde  
tanda promanant ea bona, quæ supra vi-  
e vniuer- res naturæ, sed ordinaria sunt: ter-  
tiam supra supernaturalem con-  
stituit,

stituit, ac fieri docet per specialem  
amorem, & familiaritatem, è qua  
profluunt bona & favores extraor-  
dinatij, qui exhibentur solis ami-  
cis. Sensi quondam, scribit de seipso  
multas interiores latitas, è sola spe  
pervenienti ad hanc unionem. ima-  
ginabar mihi animam, qua efferebatur  
supra totam terram, & super omni-  
quod creatum est, usque dum unire-  
tur cum DEO in sublimitate supra-  
naturali, in qua despiciebat omnia bona  
terre, fortunas, honores, dignitates,  
nobilitates, & quidquid in mundo pre-  
ciosum est: & in hoc satiatur. Quis  
DEI dona per se non satiant, donec  
cum illis obtineatur unio cum DEO,  
quā possidetur ipse DEVS largitor  
omnium bonorum. Hactenus ipse: qui  
sic afficiebatur felicitate conjunc-  
tionis illius, crescentis in dies, ut  
sæpe incederet, quasi extra se pos-  
tus, & cum admiratione exclama-  
ret: Res tremenda, DEVUM esse ple-  
num

ecialem  
n, è qua  
extraor-  
lis ami-  
e seipso,  
sola spe  
m. ima-  
erebantur  
e omne.  
um bonis, & cum ista plenitudo  
ntra omnes, & tamen non omnes  
pleri, sed multos manere inanes!  
Maximè autem admirabatur am-  
plitudinem bonorum, quorum  
Deocopia infinita est, ut aliquot  
debus admirabundus clamaret;  
Copia, copia bonorum, & redundantia  
DEI!

V. *Geographie der Erde*

Fuit autem iste complexus D<sup>r</sup> i. Unio cū  
minime mutus, cūm contempla- Deo non  
non mera cessatio sit, & suspen- est iners  
operationum animæ, sed jucun- Otiosa.  
sima consuetudo, mixta collo-  
uijs & affectibus, oriundis ex con-  
sideratione divinæ magnitudinis,  
& suæ vilitatis. Ibi, (ut scribit ipse)  
alma rogat, amat, gaudet, mœret,  
ret, animatur, excitatur ad obedi-  
endum, & satís DEO faciendum  
omnia. Et sic intelligebat, quod Sancti quidam dixerunt, contemplationem esse tumulum  
anima;

animæ: quem ingressa moritur obi,  
& rebus creatis omnibus, ac veluti  
sepulchro inclusa inhabitat. Et  
etiam pro domo refugij; nam ibi  
a cōturbatione hominum abscon-  
ditur, in abscondito faciei divina,  
& quod Sponsa canit, introducitur  
in cellam vinariam. Ju quam Lu-  
dovico fuit ingressus facillimus, &  
semper apertus. Nam sine longo  
multæ considerationis negotio,  
per simplicem divinorum intelli-  
gentiam, subito liquefiebat volu-  
ptate cœlesti. Vedit hoc Joannes  
Hurtadus de Mendoza, Archidia-  
conus Medinæ Campi; is, ut erat  
percipidus sui profectus, cùm in-  
terrogasset eum, quomodo essent  
in oratione colloquia serenda cum  
D E O ; ille studio juvandi discipu-  
lum rerum harum capacem, opero  
ipso ostendit ei, quod petijt. Nam  
oculis in cœlum elevatis, cœpitu  
cum D E O colloqui magnâ cum  
animi

tut Gb; nimi teneritudine ; ac non post  
c veluri dulta, cùm pallidus esset ac ma-  
at. Et uam ibi totus inflammatus ac venus-  
abscon- las, manare cœpit lachrymis, &  
divinæ inventissimis verbis, cum signifi-  
ducitur atio profunda hemilitatis, ti-  
am Lu toris Dei, dissidentiaæ sui, confi-  
mus, & dentiaæ in Deo ( affectibus con-  
egotio, gruis rei, quâ de egerant ) summi  
intellia t in Deum amoris contestatio-  
t volu- tem facere. Ex quo erat intelli-  
oannes chida- tre, quâm facile totus liqueretur  
ut erat ùm in- i DevM.  
essent diutius remanens, quasi flamma  
da cum traxit omnes facultates animi  
discipu- in validè, ut ei clamorem expri-  
, operò tret, roganti, ut eam Deus mo-  
. Nam trari vellet, quòd aliàs morien-  
cœpitu- im sibi putaret. Imprimebat au- Vary lu-  
cum animi n ei, quas volebat intelligentias cis ejus  
UNIVERSITÄTS- terum effectus.  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

V I.

Efficiebat hoc lux divinitus et. Luce exo-  
gens in mente ipsius, quæ modò traordi-  
am instar fulguris, irradiavit, mo- naria ju-  
vatur.  
diutius remanens, quasi flamma  
traxit omnes facultates animi  
in validè, ut ei clamorem expri-  
tret, roganti, ut eam Deus mo-  
trari vellet, quòd aliàs morien-  
im sibi putaret. Imprimebat au- Vary lu-  
n ei, quas volebat intelligentias cis ejus  
terum effectus.

terum subitò, non paulatim, ut  
qui ex obscuro veniens in solem,  
oculis apertis simul mox omnia  
circumjecta conspicit: & ut qui  
non calamo literas, penicillo ima-  
ginem particulatim effingit; sed ut  
ille, qui prælo scripturam, aut ima-  
ginem totam simul expressam dat.  
Aliquando autem magis voluntate  
affecit amore, transitque ce-  
leriter, ut qui cum face ardente  
transit per cubiculum, relictis in-  
teriorum in intellectu seminibus vivi-  
darum considerationum, quas to-  
tis diebus versabat in animo, quo  
retulit illa verba divini Cantici:  
*Murenulas aureas faciemus tibi,*  
*vermiculatas argento.* Nam aurum,  
ut S. Bernardus notavit, Divinitatis  
est fulgor, argentum sapientia,  
quæ de sursum est, & animo con-  
templantis imponit quædam sigil-  
la & simulamina DEI, cuius amore  
tactus est: ut exhilaretur eorum  
aspectus;

estu, variaque specie similitus  
solem, num gratiae divinæ pulchritudi-  
nis amabilior fiat; ut aurum ex ar-  
gento venustius emicat.

VII.

Hanc lucem petebat saepe Lu- *In quos*  
ovicus à Deo, i. ad cognoscen- *usus eā*  
tum DEVm, & excellentiam ejus, *lucem*  
*immenitatem præcipue presentiæ petierit.*  
1. Christum, ejusque divitias,  
2. presentiam in divino Sacramen-  
to. 3. Seipsum, & miseras suas.  
4. Mundum & vanitatem rerum  
q̄bus. 5. Animas, & carum præstan-  
tiam. 6. Bona, quæ accepimus à  
Deo, & adhuc speramus. 7. Mala-  
supplicia, quæ possumus timere.  
8. Super omnia sanctissimam Del-  
voluntatem, in omnibus suis actio-  
nibus; quibus rebus continetur.  
omne argumentum meditationis  
affectionum. Et earum nunc has  
xpertus est illustrari, ut Dei po-  
tentiam, bonitatem, liberalitatem;

V modò

modò alias; nunc sensim & pede ut sibi tentim per partes: utì Sol oriens non omnē toto simul cœlo splendorē diffundit. Ità quondam de morte illustratus, magno cum sensu saepius repetivit hæc verba; Huncio, dispone domi tuae; cras forte morieris. Ità de iudicio Dei: Villut iniquitatus, vide quid agas; cras forte reddes rationem villicationis tuae. Nā ut villico traduntur agri, ut eos exerceendo & colendo faciat ferociores, ac domino reddat partem fructuum; ita nobis à Deo datas esse cum gratia sua virtutes, ut augeantur exercitio, & ipsi gloriæ fructus reddatur integer, & illibatus; atque de utroque horum rationem poscendam. Ergo vide, quid agas.

## VIII.

*Gradus, quibus Ludovicensis ad*

Non omittam summatim referre gradus, quibus ad hanc amicitiam & extraordinariam conjunctionem Dei ascendit, quos ipsa

& pede sibi præscripsit. Primus fuit <sup>unionem</sup> fundissima demissio, quâ coram <sup>cum Dcō</sup> lo splen- to positus, agnità suâ vilitate, adam de abjecit infra omnia, usque ad cursum sen- des Luciferi, tanquam indignum rba; H- uni favoré Dei & solatio. Secun- ras fortis generosum animi resoluti propo- II: Villut am, & traditio perfecta suæ liber- ras fortis atis in manus Dei, renunciando s tua. Nā omnem oblationem sensuum, ut eos cum animæ labi hauriri que- ciat fer- ciat verbo inutili, vel curioso: t partem atas effe- sas adeò spirituales dulcedines dona, quæ ad salutem æternam con sint necessaria; & suppressis fructus naturæ affectionibus, offerendo se is; atque em po- perpetienda quæcumque Deus voluerit, in tempore & æternitate, nulla temporum circumscriptione dimensa. Neque otiosa hæc obla- io fuit, sed eum se reipsa præstitit, quæm promiserat, ut in suprà nar- atis apparuit. Tertio gradu magna in fiducia & aquilibritate animi

V 2 petivit

petivit lucem, perfectè, & absque  
deceptione cognoscendi, quidnā  
Deo maximè volupes sit, in quo-  
cunque negotio, & perficiendi  
solidas quoque virtutes, & alia ne-  
cessaria saluti. Præcipue verò pu-  
rum ab omni quæstu, & commodo  
suo amorem Dei, quali solet im-  
pertire singulares suos amicos.  
Quartus fuit desiderium ardens con-  
formandi se Deo, quantum homini  
licet, quo stimulante conatus est à  
se removere omnem discrepātiā  
ac differentiam, & imitari virtutes  
Christi, maximè illas, quæ in ejus  
morte magis eluent. Quinto per  
crebros & penetrabiles amoris jactū,  
quasi per malleolos ad mentis in-  
cendia comparatos, ad amplexum  
Dei contendens, ita illi adhæresce-  
bat & acquiescebat, ut veluti sum-  
ma vōtorum suorum pōitus, nihil  
jam gratum haberet, nisi Devī, &  
quod Deo placitum nōrat, Sie ant-

absque inquit, cum DEO, perseveranter  
 quidnam opportuna quādam pulsatione desiderium,  
 velut ad amici januam conficiendi  
 inter excubabit, donec introducatur,  
 seipso deficiens, à Spiritu divino  
 agatur. Sextus denique gradus grati animi fuit, cùm agnoscens in quātam Dei dignationem  
 generit, nullo suo merito in ejus  
 familiaritatem admissus, totus effundebatur in laudes & gratulationem. Atque hi gradus omnes sunt  
 epatiam modi, ut etiam singuli per se  
 virtutes dominem Deo conjungant, & qui  
 in ejus in quanto per  
 omnes evaserit, in arctissimam  
 necessitatem induant.

## IX.

Tametsi totā fere vitā Ludovici, Quando  
 plexum quādam vel ordinaria, vel divinior vacave-  
 aëresce- la contemplatio fuerit, Deo mo- rit huie  
 ti sum- lo supernaturale lumē coruscum, Unioni  
 us, nihil breve; modò diuturnum medi- cū Deo.  
 EVM, & ationibus ejus interfundente: ma-  
 Sitz un- mē tamen horis nocturnis in il-

V 3 lam

Iam incubuit, non raro totas in e  
consumens. Certè Franciscus de  
Salsedo, non tātū summo mane  
reperit eum sēpissimē coram Ve  
nerabili Sacramēto nixum geni  
bus, sed etiam noctu; cùm diversis  
horis eōdem se contulisset. Mane  
bat autem immotus ad instar ha  
tuæ, comprimendo suos affectus,  
suspiria & singultus in pectore;  
cùm autem alijs dormientibus sine  
arbitris putaret se esse, admissis  
benis sinebat eos prorumpere, ma  
xima cum animi dulcedine. Posit  
mis annis, cùm se divino iustiā  
addixisset scriptioṇi librorū, tem  
pus contēplationis nocturne non  
nihil contraxit. Nam hora decima  
decumbens, quievit fere usque ad  
duodecimam. Postea tribus horis  
operi suo datis, reliquas tres qua  
tuorve orando ante Sacrum con  
sumpsit; nisi charitas cogeret cum  
alicuius necessitudini succurrere.

tas in eum, nec enim D<sup>E</sup>V<sup>M</sup>, Dei causâ, relin-  
ciscus de quendum censebat; memor ejus,  
no manc<sup>e</sup> quod dictū est, quamdiu fecistiis uni  
oram Ve*x*bi fratribus meis minimis, mihi fe-  
um geni*af*us. Vnde licet grave illi esse  
in diversis velli à sua dulcedine, prævalebat  
et. Mane tamen studium alios juvandi. Cùm  
nstar ita utem, ut s<sup>e</sup>pe contingit, vim in-  
affectionis ardoris non amplius ferret  
e<sup>c</sup>estore fine pericolo vitæ, conferebat se  
tibus sine in secretiorem partem horti; ibi  
mississima oculis, ac manibus elevatis in cœ-  
pere, ma*lam*, velut emicante illuc animo,  
e. Positum cum altis vocibus, quasi dimotus  
instinctu statu mentis, faciebat incitata-  
rū, tem- patia, & sicuti pisces in aqua ludi-  
rus non bundi solent, interdum saltus ede-  
adecimbar, absorptus in Oceano Bonita-  
usque ad tis Divinæ. S<sup>e</sup>pe quidē sic abripie-  
bus horis batur, ut quæ circa se fiebant, aut  
tres qua*cum* quis ad eum ingrediebatur.,  
um con- Non animadverteret. Ita cùm fu- Ubique  
eret cum ienstaurus irruisset in eum, & so- fere &  
currere cùm, Christophorum Diaz, per semper

V 4 plateas

*Deo con-* plateas incedentem Vallisoleti, &  
*jusclus* ægrè evasissent in officinam cuius-  
*fuit.* dam, proruentes supra se mutuo,  
diùque jacuissent, impetente ad-  
huc illos bestiâ, donec eâ submotâ  
erectus in pedes, perrexit, ac si nihil  
accidisset; & postridie, factâ à di-  
versis mentione periculi, miratus,  
quod dicebatur, negavit se quid-  
quam horum novisse. Conspectus  
est etiam inter orandum globo lu-  
cis circumdatus, & cubiculum ple-  
num lucidâ flammâ; quâ cùm se  
penetratum sentiret, consurgens  
clamavit: *Non amplius, Dominus,*  
*non amplius, satis est lucis.* De quo  
jam suprà meminimus.

C A P U T XIII.  
*VISA LUDOVICI, ET REVE-*  
*LATA DIVINITVS.*

## I.

**C**VM dono contemplationis,  
*quæ supra gratiam cōmunem*  
*infusa*

oleti, & infusa est Ludovico, juncta fuerunt  
n cuius plura. Nunc, de quibusdam,  
mutuo, suis imaginarijs, ei datis à D E O ,  
nte ad hinc agamus, prætermittendo  
ubmota plurima vel neglecta ab his, qui  
c si nihil poterant ex eo rescire pro potesta-  
tā à di-  
miratus, etate, vel obliterata; vel minus accuratè  
se quid-  
nspectus rotata. Quæ hinc ponemus, ipsem  
scripsit, nomine suo suppresso, cer-  
nis tamen argumentis comperto;  
lobo lu- que jam proferre non est operæ.

Dum ple-  
cūm se  
surgens'  
omine,  
De quo  
II.  
REVE  
TS.  
lationis,  
munem  
infusa

Primum ait fuisse de homine resi-  
dis animi, qui torporem cupiebat  
excutere, ac D E V M intra se inve-  
tire. Hic sibi visus est constitutus  
in templo, in quo sacellum erat  
altum & illustre, cum tribus Alta-  
ribus pari distantia sejunctis. In  
Tholo templi D E V S Pater cerne-  
batur, manibus faciem protegens  
apulveribus, & molesto fumo, qui-  
bus infestabantur altaria. Tēplum  
quæ cerni poterat, auri ditissimum  
fuit; nam pulveribus ac telis ar-  
V s nea-

*Prima  
visio de  
homine  
tepidō.*

nearum sic erat obductum, ut vi-  
deri totum non posset. Altaria or-  
nabat pretiosissima tela, sed rugo-  
sa, putida, & quæ à sordibus purgati  
abnueret. Pallia videbantur alba  
quondam fuisse; nam corrugata,  
convoluta, rancido aspectu fuere;  
supra quæ reptabant, saltabant  
omne genus animalcula foeda; gli-  
res, ranæ, scorpiones, bufones, ar-  
neæ, quæ suas ibi faciebant spuri-  
tias, non sine horrore magno. Pa-  
riebat hæc illi magnum dolorem;  
& optabat purgari templum, ut ibi  
ficeret sacrum; sed non apparebat,  
ubi sumendum esset purgandi ini-  
tium. Tandem statuit, pannis de-  
tergere pulveres è parietibus, et si  
non absque timore, ne suffocare-  
tur in illis. Hactenus visum, quod  
ei postea declaratum est à Deo, ani-  
mam templo designari, altaribus  
memoriam, intellectum, voluntate  
tem: ornatum pretiosum, at male  
cura-

n, ut vi- uratum, esse virtutes hominis te-  
raria or- pidi, quæ, tametsi præstantes, defe-  
ed rugo- tibus, languoribus, noxis veniali-  
s purgati bus ita foedantur, ut oculos aspi-  
tur alba cientes avertant, ac DEI nares tetro  
rugata, odore conspurecent. Eum, qui tem-  
u fuere: pluia purgare conatur, esse homi-  
tabant uum torpidum, qui per pia deside-  
eda; gli- ria, divinitus inspirata, cupiat ve-  
nes, ar- tetrum exutere, & abstergere  
spurci- sorditudines, aspersas à bestiolis  
no. Pa- veneniferis, præparantibus ad cri-  
colorem, mina sonica, & letalia. Prodesse  
m, ut ibi tamen, ut aliquod saltē, consci-  
rebat, entz purificatione, lustrandi fiat  
ndi ini- initium. <sup>Ad deaconem etiamq. op-</sup>

us, et si nelli enpilis dīl. an metuimus  
ffocare- sua inopiæ, memor illorum ver- Visio 2,  
n, quod der refu-  
eo, ani- borum; Pulsate, & aperietur vobis: gio ad  
taribus Visus est sibi ante portas magnifici miseri-  
voluntat- palatiij positus in maximo timore, cordiam  
at male- tum propter sævissimam tempe- DEI.  
cura- tratem, pluvias, grandines, ac toni-  
trua;

trua, ut appareret cœlum ruitus;  
cūm propter accurrentes innumeratas feras, leones, ursos, uros, qui  
ipsi oculis designato jam imminaret. Hic ille magnis vocibus à Deo,  
præ eius foribus erat, orare misericordiam, ut ingredi posset, ante-  
quam pereat ab his bestiis, sancte  
pollicitus. nunquam se amplius  
inde recessum, neque processu-  
rum ulterius ad visendos amicos  
quia nōrit eorum consortio sed di-  
gnum non esse. Postea per ostio-  
lum intromissum, vidisse quidem  
regiam, per amplam ac superbam,  
quò plurimi commeabant: se velo-  
metuentem, ne ab aliquo illorum  
juberetur facessere, statim, firmè  
que stetisse ad portam. Quo con-  
docefactus est, quantum præsidij  
sit ad januas divinæ misericordiæ;  
quibus non temerè est recedendū,  
præsumendo majores favores, &  
aditus ad partes penetrales diuinī  
palatijs.

## III.

Metum, à conscientia peccato. *Visio 3.*  
sum incussum, hoc ei modo ostendit. *de metu*  
sum est levari: videbatur sibi in propter  
patente campo, flexis genibus, & *peccata.*  
unctis manibus, in summo pavore  
positus ante tribunal Dei: quem  
innumerabilis multitudo inimico-  
rum hominum, varijs armis instru-  
torum, petebat à judice sibi tradi-  
ad necem; jámque strictis armis ex-  
spectabant judicis nutum, cùm  
ipse ad judicem; Jam, inquit, video,  
Domine: quia multarum simul re-  
rum intelligentiam acceperat, o-  
mnes hoc verbo complexus. Jam  
video scilicet, quæ, & quanta in te  
peccaverim: quæ, & quanta pro-  
mis merear: video causas, cur hi  
trucidare me velint: video te hoc  
eis non permittere: te omnia pos-  
se mihi condonare: te nōisse, quod  
me admissorum poeniteat, ac fir-  
miter stet mihi, te non amplius  
offen-

offendere. Video etiam, à te mihi dari hunc dolorem ac propositum: à te in eo confirmari me posse, per infinitam misericordiam tuam; quæ si mihi denegetur, non poteris laudare in æternum. Atque his dictis, toto pectore tremens, restitutus est sibi.

## IV.

*Visio 4.* Cūm in oratione atrociter disfisa-  
micāset cum importunissimis co-  
elioni-  
gitationibus, vanis, ambitiosis, eu-  
bus.

riosis, dishonestis, & alijs; nihilque profecisset, inflammatus dixit:  
Quando ergo neque Majestatem di-  
vinam, cuius in obsequio versor; neque  
minas & supplicia reveremini; agite,  
adeste quotquot in mundo estis, & vna  
mecum adorate DEVM, ac Dominum  
noscum, dignus est omni honore, cul-  
tique. Ergo venite, procedamus ante  
eum, & venerabundi laudemus eum  
Psalmis, & Hymnis, confitendo gloria  
& magnam potentiam eius: venite,

humilia-

te mihi  
ositum;  
osse, pe-  
tuam; &  
potero  
que his  
as, testi-  
iter di-  
mis co-  
sis, cu-  
ihilque  
dixit;  
tem di-  
r; neque  
; agite,  
, & vna  
ominum  
ore, cul-  
sus ante  
sus eum  
lo gloria  
enite,  
humiliae

similiemus nos coram ipso, & cante-  
nus; quoniam ipse est Rex regum, &  
Dominus dominantium; & omnes fi-  
us terra sunt in manu ejus. Quo-  
festo, subito posuerunt omnes hi-  
enti turbines, & ipse vidit in lato  
ampo multitudinem Maurorum  
militorum humi; & alios quidem  
capite, alios brachijs truncatos,  
alios fractis cruribus, alios vincitos  
latenis. Cernebatur eques quidā  
in vestibus candidissimis, galeā  
terra, ore candido & rubicundo,  
coloris veri clatique, collucens,  
cum stricto gladio; quo fecit hanc  
tragem in Mauris, nec pauciores  
ulcibus equi videbatur obtrivisse;  
Ipso postea nulla fuit amplius à cogi-  
tationibus illis oranti molestia. Id  
quod omnibus in simili conflictū  
documento ac solatio sit. Optimā  
distractiones mentis vincendi ta-  
to, si in materiam laudis divinæ  
vertan-

vertantur; ut scorpius contritus  
in vulnera medicina fit.

## V.

*Visio 5.* Ad sequenda Christi vestigia,  
de sequentiā sic est incitatus. Videbatur sibi vo-  
la Chri- cari ad portam: cùmque prospice-  
stii. ret, quis se vocaret, deprehendit  
esse Christum. Ergo curriculo de-  
scendit, ut aperiret: sed eo non  
amplius reperto, plorans procur-  
rit in plateas, viditque eum jam ad  
octoginta passus progressum: pro-  
perè secutus est, clamans, ut eum  
posset assequi. Conversus ad eum  
**Christus**, magna cum suavitate  
oris dixit: *Ne te conficias, assequeris  
me, quia lentè incedo.* Animatus  
hoc dicto incitatiūs cucurrit, do-  
nec eum assecutus, procidit ad pe-  
des eius, quos apprehendens dixit:  
*Bonum meum, ac Dominus meus, tenet  
te, nec dimittam te: accipe me tecum,  
quò vadis.* Visus est eum Christus  
aspicere ac dicere; *Vide, sis: non  
poteris*

ontritus viris mecum ire; quia procul eo, &  
valde est aspera. Respondit ille;  
Domine mi, quæ potest esse difficultas  
vestigia, quantumvis aspera, si tecum  
vibivo: Atque ita verè sensit in ani-  
mō: & mox uno pede dimisso, al-  
ium brachijs decussatis ample-  
tus est, ut stringeret fortius, ac  
dixit; Jam Domine, vade, quò lubet:  
si non declines à me, nihil me  
trahabit, nec labor, aut asperitas ulla  
gravabit. Et mox vidit profun-  
dissimas valles, aquis plenas, & alta  
traque aspera & petrosa juga, quæ  
superanda erant, cùm alia via non  
fuerit: quā cùm incederet Christus,  
tuis vestigia sequi decreverat,  
igerrimē pedes sanguine manan-  
ts trahebat: neque tamen deficie-  
bat animo, iter hoc præ omnibus  
divitijs & voluptatibus habens,  
neque cogitans de reditu, unde  
exiverat. Quin etiam subinde hor-  
abatur Christum, pergit modò,

X nee

uec se relinquat, aut ullam suæ molestiæ rationem habere velit; malle enim se lacerari dolore quocunque, licet intolerabili, quâm ipsum dimittere. Atque hoc dixit ex animi sententia, quia non tantum mali sit in omnibus simul, quia mûdo esse possint, ærumnis; quantum boni in eo, si Christum habeat secum.

## VI.

*Visio 6.* Similis huic fuit altera visio de eadē quâ dum post Sacrificium veritas sequela retur in ponderatione tanti Mysterij, visus est sibi constitutus coram Deo Patre: qui tres habeat apothecas, maximis bonis referatas: in quarum prima sunt omnes divitiæ totius mundi, in altera bona Beatorum & Angelorum, apud quos residebat ipsa divina Maiestas Patris æterni: tertia apparebat obscura ac tristis aspectu, cum fenestra clathrata, quasi si career esset.

neā Christus erat, veluti captivus,  
qui detectā facie mōestā, magno  
sensu amoris rogare videba-  
ut, secum ut maneat. Ad quā ipse  
sōitō exardescēs, dixit Patri æter-  
no, cūm sibi detur optio eligendi  
et his bonis, quā vellet, terrenarū  
quidem opum nihil expetere.  
Ita quas jam olim reliquerit atque  
alacaverit; sed neque cœlestes cu-  
xto, nisi ad eas ducatur eodem  
alle, quo Christus incessit: sibi  
certum esse, nec latum unguem  
bilio unquam recedere, quo cun-  
que suo dispendio. Atque tunc ei  
suum est, etiam si necessarium esset  
e per omnes ærumnas mundi, &  
plus orci tormenta, id experien-  
tum fore, ut possit jungi, & esse  
cum Christo: qui quidem sensus  
maximorum semper Sanctorum.

VII.

Quam autem praesens in perpet. *Visio 7.*  
X z sioni.

de reme- sionibus, ac morte Christi, sit ini-  
dio, quod m̄ceroribus nostris, & animi abje-  
habemus ctione remediu, sequente visu do-  
in passio- cemur. In gravi quondam affli-  
Christi. ctione mentis, m̄cerore ac diffi-  
dentiâ, per variorum opem  
benignitatis Christi recordatione,  
fuerat se conatus erigere; sed nullo  
fructu, donec voce internâ jussos  
est se conferre ad litus altissimi ma-  
ris, è quo innumerabiles amnes  
misericordiaz copiosissimè proma-  
nabât. Oblata est igitur ei primùm  
semita lata, minimè obscura; ad  
cuius finem Christum in cruce  
etiamnum spirantem conspexit;  
cui adstabant Virgo Mater cum alijs  
amicis, viris ac mulieribus. Ad quē  
cūm festinâset, cupientissimè cru-  
cem circumplexus, desideravits  
sanguinem è sanctis pedibus, totq[ue]  
corpore manantem excipere suo  
capite: quod etiam flagitavit la-  
mentabili voce, & verbis tenetia-  
mis;

i, sit in-  
ni abje-  
visu do-  
am affi-  
ac diffi-  
petum  
datione  
ed nullo  
riā jussos  
simima-  
amnes  
ē proma-  
primūm  
cura; ad  
i cruce  
ispexit;  
cunt alijs  
. Ad quē  
mē cru-  
deravits  
, totōq;  
ere suo  
tavit la-  
tenenti-  
mis;

nis. Cūm iussus est auscultare, quid  
magister divinus doceat è suggestu  
trucis: ac paulò pōst audivit hæc  
verba; *Pater, ignosce illis; quia ne-*  
*gunt, quid faciunt.* E quibus intel-  
lexit, misericordiam D̄gi sibi non  
claudi, cūm Christus etiam suis  
mūnificib⁹ veniam oret ac speret,  
Cœpit ergo respirare nonnihil.  
Tum audivit latroni dici; *Hodie*  
*necum eris in Paradiso:* quo magis  
rectus est, videns aperiri jam fru-  
ctum Passionis Christi, in quā sita  
in tota sua felicitas. Secuta est al-  
tera vox ad Matrem; *Mulier, ecce*  
*filius tuus:* & ad dilectum sibi disci-  
pulum; *Ecce Māter tua;* quo vidit,  
quidquid impetratum velit, per-  
hanc sibi Matrem conficiendum.  
Post illa audivit dicentem, *DEUS*  
*meus, ut quid dereliquisti me?* & mox,  
*filio:* quæ in suum favorem dicta  
cognovit, hoc sensu: Pater æterne,  
tum pro honore ac reverentia tuæ

X 3 Maje-

Majestatis ad hunc articulum  
rum mearum devenerim, in quo  
sum desertus ab omnibus, conso-  
lare hunc miserum, cuius ego sa-  
lutem sicutius desidero. Sexto  
verbo: *Consummatum est*; quasi di-  
ceret, peregi quod mihi mandasti  
superest, ut etiam tu mihi largiaris,  
quod peto pro isto; sublata est ab  
eo omnis diffidentia. Postremo  
verbo: *In manus tuas commendasti*  
*ritum meum*; didicit, quid sibi dein-  
ceps agendum sit: nimirum ut fe-  
rat fortiter, & cōstanter, quidquid  
erit pati, séque manibus Dei com-  
mendet, atque concordat. Et subi-  
tō desit totum illud spectaculum,  
ipsēque tantis lētitījs repletus est,  
ut non amplius caperet. Porrò ex  
his, plurimisq; alijs, quæ annotata  
non sunt, videre est, quām facile  
potuerit integras noctes, in  
contemplatione cō-  
stium rerum tran-  
sigere.

C

## CAPUT XIV.

DONA PROPHETIAE, DISCRE-  
TIONIS SPIRITVM,  
ET CONSILI.

### I.

Multa prædicta Ludovicus<sup>Predicit futura.</sup> futura, multa præsentia, sed occulta, quæ sciri non potuerunt humanitus. Nonnulla paucis referimus. Nobilis Virgo, Catharina de Osorio, sensit à DEO se vocari, ut ibi inter Discalceatas Vallisoleti serviret. Non permiserunt hoc ejus necessarij: ergo perinvita se passa induci in aliud Monasterium: sed in eo quieto animo esse non potuit, semper ad Discalceatas anhelans. Donec multis cum lachrymis, opera Ducis de Alba, Ludo- nico suum desideratum explicare potuit, & audivit ab illo, paucis diebus ante festum Præsentationis Deiparae, submotis obstaculis cer-

X 4 10

tō discalceatam se fore. Fuit, triduo  
ante id festum, & magna cum ani-  
mi sui consolatione permanſit, ut  
ipsa cum juramento testata eſt  
Hieronymo de Tobar, Novitio  
ſuo, Villagarciaꝝ prædixit Ludovi-  
cus, eodem in Collegio post mul-  
tos annos moriturum. Multis po-  
annis in Collegio montis Regalis  
tam gravi morbo laboravit, ut  
medicis haberetur pro deposito.  
Dixit ejusdem ſententiꝝ ſe futurū,  
niſi à Ludovico dudum audivifſet,  
Villagarciaꝝ ſe mortem oppetituru.  
Ergo præter ſpem convaluit, ac  
demum Villagarciam miſſus, an-  
no 1644. ibi eſt mortuus, vigefimo  
poſteaqam id ei Ludovicus prædi-  
xerat. In Monasterio Recollectarū  
S. Auguſtini, conſpicatus Franci-  
ſcam de S. Joseph, novitiam, qua-  
dam res, quæ appellantur Devo-  
tionis, factitatem, dixit, iſtiusmodi  
rebus illam nō ſemper vacaturam:

uit, triduo quia futura sit loci Antistes: quod  
cum ani- nam factum est. Procerum quis-  
mansit, ut am Ludovico narrabat, summo  
estata est super in periculo vitæ fuisse ab  
, Novitio quo. Monuit ille, esse quod alterū  
t Ludovi nfortunium ab eo caveat. Non  
post mul- uit vana monitio; nam alio tem-  
Multis post pore, dum equum fervētiūs urget,  
is Regalis excussus, obtritus, sine remedio  
ravit, ut morte occubuit. Angelam Xime-  
deposito, nez de Oca, magnâ virtute Monia-  
se futurū, præmonuit, pararet se ad oc-  
audivisset, cationem insignis patientiæ , sibi  
opetitur, offerendam. Fecit illa sedulo , ac  
valuit, ac duodecim annis, pergraves à quâ-  
issus, an molestias pertulit. Offenderat  
vigesimo quispiam alium hominem prima-  
cus prædi- ium: à cuius ira, & insidijs, ut se  
collectarii ueretur , ipse cum suis omnibus  
us Franci armatus incessit. Pater ejus, me-  
am, qual- mens malorum , rogavit Ludovi-  
ur Devo- cum, suæ autoritatis, ac precum  
stiusmodi Interpositione , filio securitatem  
caturam: conciliare dignetur. Hic jubet eum  
quia

X 5 | pone-

ponere metum, & arma; quia nihil potie  
quidquam ab inimico sit oriturum  
incōmodi. Ipse tametsi non igno-  
raret, se quæri ad necem, confisus  
tamen sanctitate, & verbo Ludo-  
vici, arma depositit in ejus præsen-  
tia. Neque inimicus amplius i-  
struxit insidias, nullâ etiam injuriæ  
deprecatione, aut satisfactione  
petitâ. Zeballos medicus, pro mo-  
re visebat Ludovicum. Hic eum  
interrogat, sítne paratus suffere  
quartanam. Annuit, & intra pau-  
cos dies eâ febri decubuit. Reverso  
ad se, dixit Ludovicus, Ecquid aga-  
tur quartanâ? mox desitaram. Sie  
factū est. Agneti de Incarnatione,  
aperienti suum propositum, se re-  
cipiendo ad Recollectas, prædicti  
ordine omnia, quæ ipsi postmodū  
evenere. Dominus Antonius Val-  
boa testatur, sibi quoque prædicti  
ab eo fuisse omnium rerum suarū  
successum. Addit Lucas Carillius,

quoties

qui nihil  
oriturum  
non igno-  
, confisus  
bo Ludo-  
is præsen-  
mplius si  
m injuri-  
factione  
, promo-  
Hic eum  
sufferre  
ntra pau-  
t. Reverso  
quidaga-  
uram. Sic  
ernatione,  
um, se re-  
predixit  
ostmodi  
nius Val.  
predicā  
um suarū  
Carillius,  
quoties  
noties in aliqua infirmitate, vel  
ita re quavis adversa Ludovicus  
suffit esse sine metu, semper felici-  
cessisse. Cùm Ludovicus, morti-  
proximus, vidisset adstantem Lo-  
pez de Angulo, dixit, se brevè simul  
in cœlo futuros. Mortuo ipso, ve-  
neatum vulnus invasit Lopium;  
quem ut Rector servaret, cōmen-  
davit eum precibus Marinæ de  
Escobar; quæ retulit, adfuisse sibi  
Ludovicum, jubentem abstinere  
deis precibus, quod ipse animam  
agroti Dæo sistere debeat: atque  
hoc brevè futurum: quod etiam  
factum esse speratus, quandoqui-  
dem ille paulò pōst extinctus est.

## II.

Secreta quoque Ludovico pa- *Revelat*  
uisse, Didacus Gomez Sandoval, *arcana*,  
Ducis de Lerma filius, expertus est;  
qui cùm ad illum de quibusdam  
rebus conscientiæ suæ consulturus  
venisset, antequam eārum ullam  
propo-

proponeret, de singulis ei dixit omni-  
Ludovicus, quid esset agendum, po su-  
aut non agendum; ac si eas in cor- Due  
de suo scriptas legisset. Idem Duc  
de Benavente contigit: qui cum  
de re magni momenti asturus es- lexim  
set, ad portam Collegij à Ludovico  
se præstolante, totius negotii sui  
resolutionem cum admiratione  
acepit, antequam id ei propone- leavit  
ret. Sic & Ludovico de Valdivia  
venientiad se, ut quædam sui cor- tate. M  
dis arcana conferret, nullo dum  
eorum aperto, omnem dubitatio- bolam  
nem expedivit; excusans, quod ei  
plus temporis tunc per occupatio- etto re  
nem dare non posset. Anna Maria  
de Incarnatione, Recollectæ, ape- Qu  
ruit tentationem, qnæ in ejus cor- leon;  
de, dum secum agit, oborta, & ab luit L  
ipsa nondum exposita fuerat. Al- rivina  
teri, ex eodem ordine, secum agen- avoca  
ti, suaviter dixit, insignem erro- teren  
rem, quem eodie in officio divino  
commi

XIV. *Dona Prophetiae.* 333  
ei dixit omnis erat. Medico Zevallos, de-  
endum, ipso supra meminimus, & Petro  
as in coro Duero, Equiti S. Jacobi, sāpe  
lēm Ducis instincte clareque exposuit, & enu-  
qui cūm leavit ea, quæ in corde suo per-  
sturus es-  
Ludovico negotij sui  
iratione propone-  
Valdivia  
n sui cor-  
lo dum  
ubitatio-  
, quod ei  
cupatio-  
næ Mariz  
etæ, ape-  
cijus cor-  
ta, & ab-  
erat. Al-  
m agen-  
rm erro-  
o divino  
commi-  
ei dixit omnis erat. Medico Zevallos, de-  
endum, ipso supra meminimus, & Petro  
as in coro Duero, Equiti S. Jacobi, sāpe  
lēm Ducis instincte clareque exposuit, & enu-  
qui cūm leavit ea, quæ in corde suo per-  
sturus es-  
Ludovico negotij sui  
iratione propone-  
Valdivia  
n sui cor-  
lo dum  
ubitatio-  
, quod ei  
cupatio-  
næ Mariz  
etæ, ape-  
cijus cor-  
ta, & ab-  
erat. Al-  
m agen-  
rm erro-  
o divino  
commi-

Plurimis perspecta fuit gratia, *Discer-*  
*nit va-*  
*ria Ludovicus discernebat varios*  
*spiritus. In Monasterio S. Spiritus,*  
*atributus Monialibus dubitabatur,*  
*qualiam spiritu agerentur: & ea-*  
*una præcipue suspecta erat, quasi*  
*ritus.*

quasi ex iis foret, quæ ludificatae  
diabolo, se illuminatas existimat.  
Multi, variorum ordinum, viri gra-  
ves, disquisitis accuratè rébus ea-  
rum, cùm nihil extricarent, Ludo-  
vicus ut omnes ei fuerunt exposi-  
tæ, respondit; duas recto & secundo  
tramite ingredi, quantumvis aspe-  
ro ac difficili; tertiam verò non  
delusam & illuminatam, sed delia-  
tam ac perperam esse. In quam sen-  
tentiam Episcopus etiam, & sacrū  
Tribunal concessit. De alia perlo-  
na pia dubitabat Didacus de Aven-  
danno, an cùm extra se ponebatur  
(uti solebat) non misceretur  
ludibrium diaboli. Negavit Ludo-  
vicus extases illas, aut à diabolo es-  
se, aut à DEO, sed à natura. Cū enim  
sit bonæ mentis, nihil habere cum  
diabolo: & cùm tunc cesseret ab  
mni actione interna, ecstasis non  
esse à DEO: sed à natura, quæ dum  
hæret in affectione quapiam tene-

scip

13

IV. *Discretio Spirituum.* 335  
dificatea  
existimata  
n, viriga-  
rebus ea.  
nt, Ludo-  
nt exposi-  
& secundo  
nvis aspe-  
rò non  
sed deli-  
uam sen-  
, & sacrū  
lia perso-  
deAven-  
onebatur  
scetur  
vit Ludo-  
abolo es-  
Cū enim  
pere cum  
Set ab d  
asin non  
quæ dum  
um tene-  
13  
piaque, extra usum sensuum  
constituta videtur. Quod sic esse,  
melius explorata, se invenisse  
status est P. Avendanno: qui ad-  
it, eam vim verborum Ludovici  
fuisse, ut qui cum dubio, caligine,  
spore animi ad eum accesserant,  
omnes rerum certos, illustratos,  
inflammatos ab se dimiserit. Ma-  
dam Vela, Monialem Cistercien-  
sem, omnes penè viri docti & gra-  
tis delusam credebant, quod die-  
us sacræ communionis nihil al-  
terius escæ sumeret; imò interdum  
trad ipsam communionem pos-  
set os aperire, nisi per vim. At Lu-  
довicus constanter asseveravit,  
nihil subesse periculi; sed D E V M  
loc modo illam exercitam velle;  
que recessit unquam ab ea sen-  
tia, utcunque alijs variarentur.  
Nam autem beatus virginis obitus  
confirmavit, ut fusè in ejus vita à  
lichaële Gonzalez Baquero de-  
scribitur,

I  
scribitur. Neque multum ab simili  
fuit, quod Isabellæ de S. Augustino,  
Recollectæ, contigit. Ea tantas an-  
gustias ante sacram synaxin perpe-  
tiebatur, ut animam sibi interpi-  
mendari putaret. Credidit Con-  
fessarij, alterius ordinis, occupa-  
tam à malo genio, contra quem  
sacras jam diras patabat: voluit tamen  
audire prius Ludovici judi-  
cium. Hic totò statu virginis per-  
specto respondit, in presentiarum  
non amplius opus esse, quam ut ad  
sacram synaxin accedens, Deo di-  
cat, se quidquid jam patitur, pati  
velle pro ipso. Paruit, ac statim  
quidem clementius habita, ac post  
aliquod tempus ab omni molestia  
fuit libera. Denique observatum  
est, quorum spiritum Ludovicus  
improbavit, utcunque magni ab  
alijs fierent, evanuisse existimatio-  
nem eorum: cum illi, quos proba-  
verat, demum opinionem virtutis  
emi-

ab simile minentis reportarint etiam ab  
gustino, his, quibus fuerat suspecta.

IV.

Neque minus consilio valuit, *Valet*  
quod sepe suos consultores ad ea, *gratiâ*  
qua horruerant, amplexanda, & ea, *dandi*  
qua adamaverant, refugienda per-  
fuxit mirâ gratiâ. Erat Vallisoleti  
virgo nobilis, unica filia suorum,  
parentum. Hæc voto se perpetuæ  
virginitatis obstrinxerat, quam ut  
collocaret in tuto, aspiravit ad Mo-  
nasterium. Graviter id accepere  
parentes & agnati: quorum unus  
religiosus, parùm religioso consi-  
lio suasit, ut haberetur indulgen-  
tia, & evanescente sensim propo-  
rito, voti relaxatio peteretur. Non  
difficile fuit puellæ animum ad  
molliora flectere: quem paulò post  
nulla subiit amplius Monasterij  
agitatio: donec mater ad vitæ  
ines deducta, magno, nec inani-  
colore perculta, quòd sancta filiæ

Y consilia

consilia turbâset, animam exhalavit. Eodem tactus pater, à Ludovico petit consilium. Is suadet illam mitti ad se. Venit ut morem gerat patri, sed non nisi nuptias spirans. At ubi Ludovicum loquentem audivit, mutari animo: tota in ejus arbitrio esse velle. Sed ipse non aliud suadere, quām ut se totam sincerè dedat in manus Dei, sine cogitatione statūs ullius. Paret illa, & serio divinæ voluntati se mancipat: & ecce, distinctam à Venerabili Sacramento vocem audit, quā tu fronte adstas coram me, quæ versari cupis inter vanitates? Multum exhilarata his verbis, resumpto primo proposito Monasterium inquit, optimique exempli fuit. Princeps femina, cùm è magna turbatione & afflictione animi se expedire non posset, accepto Ludovici, cui scripsérat consilio, confessim animo mutata, sc̄ animosè divinæ voluntati

exhalat permissit, neque deprædicare  
Ludovi missavit consiliarium. Juvenem  
et illam quendam Deus tam manifestè ad  
m gerat societatem nostram vocaverat, ut  
spirans idens se non posse resistere, difflu-  
entem lachrymis, quòd amicos, &  
a in ejus mundi deberet deserere. Hic  
se non posteaquam dies aliquot exegerat  
totam mœrore ac dubio, totum animū  
si, sine aperuit Ludovico: qui omni-  
ret illa bus inspectis amplexus juvenem,,  
manci- tactantūm pauca respondit: *Eia  
Tenera- si: DEV S hac te vult, DEV S hac te  
dit, quā vult; quibus lachrymas uberes cli-  
versari tuit illi, non mœstitiæ, sed tenerri-  
m ex- misensus & gaudij. Neque dubita-  
to pri- rit is amplius Deo parere vocanti.*

## V.

Agnes de Incarnatione, cùm de  
sequendo Recollectarum vitæ mo-  
do cogitaret, ac gravis personæ ho-  
mines non modò suaderent ei co-  
itationes istas deponere, sed etiā  
grandis piaculi religionem injec-  
Y 2 rent,

rent, nisi staret ipsorum consilio,  
voto se obstrinxit faciendi, quod  
Ludovicus censuerit. Is auditis,  
quæ agebatur, pronunciavit, velle  
DEVUM, ut Recollecta sit; clausis igi-  
tur oculis ad alia omnia, DEVUM se-  
quendum. Quo dicto magna ejus  
animo pax, & lætitia infusa est: ob-  
temperavit, & insigni cum sancti-  
tate vitam degens in Monasterio,  
non desit gratulari DEO, quod sibi  
tam bonum consultorem, & via-  
ducem obtulerit. Matrona præci-  
puæ nobilitatis in tantum odium  
venerat sui mariti, ut videretur  
periclitari de vita: sed consilio  
Ludovici, quantumvis gravi & an-  
cipiti obediens, in majorem virtu-  
sui gratiam, & estimationem testi-  
tuta est, quam antea fuerat. Plures  
è discrimine famæ ac fortunarum,  
alios ex desperatione, omnibus  
frustra tentatis, consilio suo libe-  
ravit, exemit, erexit: ut cum non

imme-

merito quidam suis in rebus tur-  
ridis ac procellosis, præsentem,  
auditum, seu mavis, Nicolaum  
it, velle vocarent.

## V. I.

Sed & scrupulorum felix domi- *Scrupu-*  
lor fuit. Multum angebatur qui- *los exi-*  
dam serupulo rerum, quasi malè *mit.*  
partarum. Censuit Ludovicus ina-  
nem esse dubitationem: cui, uti  
solent malo scrupulari correpti,  
cum ille non acquiesceret, inso-  
lito fervore jussit, omni periculo  
in se recepto, nullam toto vitæ suæ  
tempore ejus rei mentionem face-  
re, neque cogitationem admittere.  
Levatus ille hoc dicto, quoties re-  
turrebat ea cura, sola illam istius  
affeverationis recordatione pelle-  
bat. Antonius Yepes, lumen sacre  
familiae S. Benedicti, quoties versa-  
batur inter scrupulosas cotes sui  
regiminis (versabatur autem non  
tardò) non solebat, nisi audito ju-  
mme.

Y 3 dicio

dicio Ludovici, quiescere; ut Bartholomaeus de Segura, Confessorius Antonij, & internuncius ad Ludovicum, testatus est. Omitto commemorare complures alios, tam intraneos, quam extraneos, quos à funesta rabie scrupulorum admirabili facilitate liberavit. Vnde etiam à longè nonnulli, quasi ad Machaonem calculorum, profecti sunt.

### CAPUT XV.

#### *POTESTAS IN DÆMONES, ET ALIA DONA.*

##### I.

**N**escitur quidem Ludovicum aliquid in corpore suo passum à dæmonibus, ut alios non paucos hominum Sanctorum; sed illis ipsum formidabilem fuisse, multis argumentis apparuit. Narravit Marina de Escobar, se cùmin acerbissimis doloribus inviseretur à Lu-

ut Bar Ludovico , rationes accepturo  
confessa- num, quæ agebantur in ejus ani-  
micius ad no, se excusâsse, quòd præ inso-  
Omitto litis doloribus loqui non posset;  
s alios, opsum collecto paulùm animo, &  
aneos, cum imperio, confidenter ingemi-  
ulorum nisse, cessaturos confessim hos do-  
vit. Va-  
quasi ad-  
profestit lores: atque ità mox factum esse,  
ut peragere posset, quæ vellet. Sibi *Odio est*  
*dæmoni-*  
*bus.*  
*hunc silicernio, mihi semper adverso,*  
*quod huc venerit, ut impediret meos*  
*onatus: quia scilicet ipse eos do-*  
*lores intulerat virginis, ut eam pri-*  
*raret solatio, quod ex alloquio &*  
*directione Ludovici capturam*  
*ciebat. Eadem, illo jam mortuo,*  
*cum biduo gravissimis doloribus*  
*pectoris, humerorum, stomachi*  
*truciata fuisset, vidi eum ingre-*  
*dientem ad se, ut in vita solebat,*  
*cum socio, gestante aquam lustra-*  
*tem; & magna cum gravitate cir-*  
Y 4 cum spi-

cum spicientem omnia, quasi quereret aliquem, qui se in cubiculo illo absconderit. Cui postea, humaniter ab eo salutata, familiariter dixit; quid est hoc, Pater? ubi fuisse me constituta in tantis tormentis? respondit ille: hic eram, et si me non videris: Et mox arreptâ hyssopo totum conclave diligenter aqua sacræ aspersione lustravit, dicendo: Asperges me. Domine, hyssopo, & mundabor. Tum ad ipsam consolandam reversus, & ab illa interrogatus, quid egerit, dixit, purgandum fuisse locum infectum à diabolo: & verò ipsa saepius per eos dies illum conspexerat. Cum autem perplaceret Marinæ elegantissima imago Crucifixi, quam Ludovicus gerebat manu sinistrâ, petréque illam sibi relinqui propositio, appressam ejus pectori, Ludovicus dixit subridens, jam sufficeret: si in corde retineat, & in Deo suo

con-

V. Ludovici potestas in dæmones. 345  
asi que nqñiescat. cùm his videri de-  
ubiculo  
tea, hu-

II.

iliariter Joannes de Castillo, cuius res<sup>9</sup>  
ibi fuit in seb. Nierenbergius describit  
Tomo quarto de viris illustribus  
societatis, divinâ dispositione à  
Novitiatu, miris, ac diris modis à  
amone fuit vexatus. In ipso Sacri-  
ticio maximâ vi comprimebat ei  
manus, & impingebat in os, ut sa-  
cra Hostiam nō nisi summâ cum  
difficultate posset sumere. Crède-  
batur in sessus à malo spiritu, & pa-  
tabantur sacræ ejurationes; at Lu-  
dovicus eas frustra fore dixit; quia  
ignoverat hominem divinâ vo-  
luntate sic exerceri, pro merito pa-  
tientiæ; atque hoc duraturum usq;  
ad mortem. Vnde sæpe visus est agi-  
tari, cum solus esset in cubiculo.  
Nam coram alijs nihil tale ipsi fie-  
bat: quare etiam non permisit  
Ludovicus intus prodire.

X 5 Quo-

Quoties autem dæmon Ludovicum videbat intrare ad illum, magis efferatus tremebat, velut argenti vivi exitiali odore afflatis solent. Contigit, ut cum Joannes a trociter a dæmons verberaretur, Ludovicus aliunde domum reversus, nullo monente, rectâ tendet ad illius cubiculum, quem & seminecem è manibus infandi tortos eripuit. Alio tempore stygius lavenio, expedivit chordam è spôda, ut is in eam jugulum inderet. Sed opportunè accurrens, nemine monente, Ludovicus eripuit hominem periculo. Alias foris reversus properè contendit ad illum, viditque luctantem cum dæmons, qui conabantur adigere illum, ad secundâ sibi gulam cultello scriptorio, quem fortè habebat in manu; aggressus tartaram belluam Ludovicus, post aliquantam luctam dejectit in terram, & multis cum ob-

*Ludatur cum  
dæmons,  
& pro-  
stratum  
fugat.*

jurga.

Ludovicus agnationibus ac minis fugavit, illum, magno Castillo. Fortis luctator, qui velut aon cum ursis & leonibus congres- afflati so- is est, ut olim David: sed cum te- vannes a- trima omnium fera, quæ non raretur, constat carne & sanguine, sed in m rever- angelicis viribus, odio infinito renderet contra DEV M & homines. Multa & semi- id genus narrabat Antonius Mon- tortoris, sed quæ omnia referre ius laver- ion attinet.

III.

Sed op- Lachrymarum donum, quod ine mo- in servis Dei laudatur, in Ludovi- hominē fuit eximum: nam ut primū rsus pro- orare coepit coram Venerabili Sa- dīque mento, liquefcebat, ac paulo qui co- post affluebat dulcibus rivulis abs- secundā que singultu; quem tamen sāpe rīo, quā continere non poterat: sub Sacri- ficio verò minimè: quæ etiam- jura causa fuit, ut publicè facere non- posset. Sāpe etiam in cubiculo plo- jans inventus est, aut oculis uvidis, quos

quos etsi perspicaces & robustos  
habebat, paulatim tamen exhaustos  
Jdem accidit ei, ut cum dictaret  
meditationis argumenta, aut ex-  
hortationes haberet, audientium  
animos suis lachrymis emolliret.

## IV.

*Virtutes* Possent hic recenseri plura Dei  
Ludovi-dona, quibus ornatus fuit Ludo-  
ci, quo in vicus: illud sufficiat in narrationis  
gradu decursu animadvertisse, virtutes  
fuerint. ejus, etiam versantes in rebus ar-  
duis, non substituisse in linea mera  
*virtutis*, quae spectat honestatem  
convenientem ijs, quos Dei filios  
& bonorum aeternorum heredes  
adoptat: sed ad rationem donorum  
*Spiritus sancti* pertinuisse, quibus  
homo fertur peculiari afflatus & il-  
lustratione divinâ, quae intelligen-  
tia communi, etiam fide imbuta  
sit Superior. Ausim dicere illas  
etiam ordinem beatitudinum, &  
fructuum sancti Spiritus assecutas;

illum

V. Sublimes Ludovici virtutes. 349  
robustos propter immutabilem, &  
exhausti sicut eternum, hanc autem pro-  
dictaret perdelectabilem agendi modum.  
, aut ex-  
ientium dixeris etiam fuisse, quas Theolo-  
Purgatorias nominant; his mens  
onicat è corpore, & eo, ejusque  
inuseconatur exuere, anhelans  
similitudinem Dei. Quin fue-  
unt in Ludovico potius, jam pur-  
us animi. Sic enim agebat, ac si  
liber ac purus à contagione  
corporis, divinam affecutus esset,  
quā licet, similitudinem. Ideo enim  
non tam ut hominem, quām  
Angelū in humana forma com-  
plexus habebant; ita cum divina-  
mente perpetuo fœdere sociatus  
apparuit: quod quidem S. Thomas  
locet esse Beatorum, vel aliquorum  
hac vita perfectissimorum. Dica-  
mus & exemplares eā tenus fuisse,  
quā illas omnibus fas est imitari.  
fas est autem, non ut ea quisque  
imitatur & agat, quæ ipse tulit, fe-  
cīt-

350 Lib. II. Cap. XV. &c.  
cítque; sed sicut ipse vividâ Fide,  
& incitatâ, non quasi sub cinere  
sopitâ, charitate agat, quod agit,  
Quanquam & altiora lumina, in  
flammationésque interdum non  
desunt, ijs præsertim, qui non ni-  
miùm extra seipso effusi, visentem  
ad se spiritum divinum observant,  
ciúsq; tam singulares favores, quo  
par est, habent in pretio. Quin enī  
dona Spiritū sancti semper adhe-  
rentia gratiæ DEI, cùm dona sint, &  
habitus animæ, nihil est, cur  
ijs uti non possimus,  
quando volu-  
mus.



L I B E R

## LIBER III.

*VIDÂ FIDS,  
UB CINERE  
UOD AGIT,  
UMINA, IN  
UM NON  
I NI NON NI  
VISENTEM  
BSERVANT,  
ORES, QUO  
QUIN ENIA  
PER ADHES  
ONA SINT, &  
EST, CUR  
US,*

*EDO VIGI BEATA MORS,  
ET QVÆ ILLAM SE-  
CVTA SVNT.*

## CAPUT I.

*RESAGITIO MORTIS,  
ET OBITVS.*

## I.

**P**rocesserat Ludovicus ad septuagesimum annum vi-  
tae, tam exhaustis viribus,  
miraculo videretur spirare, cum  
speciemationem fecit sui dici, quasi  
de illo certior factus a Deo:  
nunc integras fere noctes age-  
bat, vix horæ dimidio concesso  
quieti: modò gaudio exultans ap-  
toperantis, quam sperabat, bea-  
tatis; modò timore perculsus im-  
minentis judicij. Et gaudium qui-  
tam, cum à quodam Regio Mini-  
stro

LIBER

stro, nomine suæ Majestatis, invisa solutetur, dissimulare non potuit; sed ut dixit, idem sibi nunc evenire, quod et, vocato leptoso illi, qui à quodam, venia in tationis causâ nemus oberrante, te, quasi pertus suavitet cantans dixit, se si tali canere præ gaudio, quod videatur parietem ex limo constructum, qui solus à DEO se divisorat hactenus, jam caducum rimas, & ruinam promittere. Timorem autem iudicij multis modis ostendit, sive cùm diffluens lachrymis ad pedes Crucifixi oravit veniam delictorum, sive cùm ingeminavit saepius illa verba: Domine, cùm veneris iudicaris, noli me condemnare: sive denique cùm quinto decimo die ante ultimum, generali confessione omnium totius vitæ nostrarum in tuto se collocare studuit, & cum Petro de Sandoval Confessario, egit de transitu suo, paucis post diebus futuro asseveratè dicendo: Tépus ubi resolu-

I. Præagitiō mortis & obitūs. 353  
tis, invīse, solutionis suæ instare. Ultimō  
otuit; sed nō die, dum adhuc aliqua dicta-  
nire, quod it, voce minimè moribundā, sæ-  
am, vena illus interrogavit, quēnam sit ho-  
rrante, te, quasi præscius ultimæ: petiūque,  
dixit, e si tali horā, quam nominabat,  
od videat, nenerit Medicus, eo nō expectato,  
actum, qui acto oleo inungi ad luctam supre-  
haestens, nam; nemine credente moriturū  
ruinans, am citò, cùm etiamnū labora-  
autem ju- et pto aliorum salute. neque fere-  
dit, sive labilior videretur, quām fuerit à  
ad pedes multis annis.

II.

Quòd autem præsciverit horam  
s judicant, si decessus, multi conjecterunt ex  
denique, quæ dixit egitque. Nam cùm  
ante ultimū scio, quid eliquatum pro se in-  
ne omniū terri videret, dixit se citius vitam  
tuto se eliquaturum, quām illud absumat.  
Petro de Ultimo die, consumptis quinque  
egit de circiter horis in componendis suis  
st diebus chartis, operā Francisci Pellizeri,  
Tēpus ub vesperam solitus de supra  
resolu-

Z Vnctio-

Vnctione, cùm interrogâsse, quanta sit hora, & cognovisset esse quartam, respondit, superesse adhuc satiis temporis: cùm autem sexta esset, dixit Didaco Sosa, Rectori, jam non amplius exspectandū; & eomodum superveniente Medico, nihil de medicamentis agi voluit, sed ab illo petijt, curaret, ne differatur sacra Vnctura. Is, tametsi nihil admodum in ejus valetudine variâsse notaret, nisi quòd videatur paulò debilior, quām aliás, magis ejus consolandi causâ, quām quòd crederet necessarium esse, censuit inungendum. Ludovico de Valdivia ultimā manē dixit, *tempus resolutionis meae instat, ora pro me.* Francisco Cachupino pro vetericonfidentia quārenti, quid hic, de quo audiat, apparatus ad mortem, sibi velit, oculis ad Crucifixum conversis, aliquoties repetivit eadē Verba Apostoli, addendo, ut se Dic-

com.

I.  
Præagito mortis & oblitus. 355  
set, quo  
esse qua  
adhuc sa  
sexta cl  
tori, jam  
& eom  
edico, ni  
oluit, sed  
ifferatur  
nihil ad  
e variasse  
ur paulo  
agis ejus  
uod cre  
censuit  
e Valdi  
pus reso  
e. Fran  
ri confi  
de quo  
em, sibi  
m con  
cadema  
se Dic  
com  
ommendet. Alias quærenti, ut  
pleat, dixit se tres aut quatuor  
oras extra se fuisse. At ille, præ re  
tentia non ausus est interrogare,  
binam fuerit, & quid viderit. Eidē  
querat, se illo die sacrosancto Sa  
cramento jejunum refici velle, ut  
altero die, post cibatum, possit eo  
sui pro viatico:

III.

Sextâ igitur, quâ diximus, horâ  
am ungeretur, animo præsente  
spondit ad omnia, ac postea voce  
omissâ repetivit identidem illa  
christi morientis verba: *In manus*  
*tua, Domine, commendando spiritum*  
*meum: neque alias preces fudit;*  
*pam quibus imploraret miseri*  
*cordiam DEI; & post consuetam*  
*ommendationem animæ, cùm*  
*in Sacris omnibus munitus desi*  
*trasset relinqui solus, non est au*  
*tus alia dicere, quam illa: Domine,*  
*in veneris judicare, noli me con*  
*Z 2 demna,*

356 Lib. III. Cap. I. P.  
demnare: & pro consueta sua hu-  
militate, imitatione S. Patris nostri  
Ignatii, nullâ ad circumstantes ad-  
hortatione factâ, satis habuit re-  
linquere illis exemplum modestia.  
Cùmque aliâs fere insomnes âge-  
ret noctes, ac dormiens quovis le-  
vissimo strepitu expurgiceretur,  
tunc in somno ( seu raptus mentis  
fuit ) tam alto jacuit, per duas fer-  
horas, ut nullius ingressu vel collo-  
quio excitaretur; donec horâ de-  
cimâ, velut è dulci quiete, rever-  
sus ad se, cùm aliquid ad restauran-  
das vites præbere vellent, negavit  
earum rerum tempus jam esse; sed  
petitâ, & acceptâ in manus candelâ  
ardente, quales in monte Serrato  
consecrari solent, conversus ad  
Crucem, submissâ voce dixit ita  
rum; Domine, cùm veneris judicasti,  
noli me condemnare: ac post ultima  
verba Christi spiritum exhalantis,  
capite inclinato ad Crucem, vul-  
tusque

ta sua hu-  
ique in pulvinum cadente, quasi  
tris nostri  
ormire vellet, sinè omni convul-  
tantes ad  
habuit re-  
modestia  
mnes age-  
quovis le-  
sceretur  
us mentis  
duas fere  
vel collo-  
horā de-  
te, rever-  
restauran-  
, negavit  
o esse; sed  
us candelā  
e Serrato  
versus ad  
dixit ite-  
judicat,  
st ultima  
em, vul-  
tūque

ique in pulvinum cadente, quasi  
ormire vellet, sinè omni convul-  
tantes ad  
habuit re-  
modestia  
mnes age-  
quovis le-  
sceretur  
us mentis  
duas fere  
vel collo-  
horā de-  
te, rever-  
restauran-  
, negavit  
o esse; sed  
us candelā  
e Serrato  
versus ad  
dixit ite-  
judicat,  
st ultima  
em, vul-  
tūque

Fuit autem facies ejus ab excessu  
vitæ tam serena & placida, ac si  
iamnum spiraret. Qui corpus  
composuerunt, quos inter P. Ca-  
thupin fuit, cum admiratione  
prehenderunt, verè de ipso dici  
posse, quod de S. Basilio legitur.,  
præter pellem & ossa, nulla præter-  
visum parte corporis constitit.  
ut non immerito quidam ante-  
censuerint, illum supra naturæ  
ores, quasi solo spiritu vitam du-  
isse. Retulit verò Marina de Esco-  
halantis, se, cum audisset Ludovicum  
im oleo sacro delibutum, rogasse

Z 3 Ange-

Angelos, qui semper cū ipsa erant,  
ut ei velint assistere. Id eos fecisse  
ac postea circa primam à media  
nocte, ipsam transtulisse in eius cu-  
biculum, quod instar cæli lucidum  
erat à multitudine Angelorum,  
adstantium corpori: & sibi quidem  
datum osculari pedes eius ac ma-  
nus, faciem autem non visam à se;  
quia scilicet velo testam relique-  
rant, quo sacrum calicem Ludo-  
vicus operire consueverat. Ac po-  
stea se reportatā in suum conclave.  
Manè verè ipsummet, gloriā relu-  
centem, apud se fuisse, aliquot An-  
gelis eum quasi cum reverentia  
deducentibus: neque macie ex-  
sam fuisse faciem eius, ut erat in-  
vivis, sed pulchram & habitiorem.  
Ipsum autem sibi dixisse, quod sta-  
tim ac exspiravit, cooperit frui Ma-  
iestate divinâ: & cùm pectus aper-  
ruisset, apparuisse insculptum ei  
**Sacrosanctum Nomen J e s u , cir-**  
cun-

undatum radijs lucis , à quibus  
splendor , & oris , & corporis  
otius provenerit. Hæc illa & Con-  
fessario , & sacris judicibus retulit.

V.

Fuit secundūm ejus mortem ,  
tempeſtas frigida & nivosa, nihilo-  
minus multi homines omnium ,  
Ordinum , illâ cognitâ , venerunt  
ad exhibenda servo D E I supremi  
cultûs officia ; flexisque genibus  
osculantes eius manus pedesque ,  
mirati sunt gravitatem oris, hilari-  
tate mixtam , formamque multò  
quam viventi fuerat, elegantiorē :  
corpus non rigidum , sed molle ;  
manus flexiles, faciem succiplenā ,  
gratique coloris , & lucidi , cum  
antea fusca, vel subaquila fuerit :  
quæ testati sunt Medici , nullâ po-  
nuisse arte humanam fucōve confini-  
gi. Certe domesticorum nullus ab  
e potuit impetrare, ut preces pro  
Ludovico , tanquam vitâ defuncto

Z 4 fun-

369      *Lib. III. Cap. I.*      *sequia,*  
funderet; ac perhibuit Emmanuel moderatorem  
Vasquez, se cùm id agere vellet, positio  
internâ quâdam vi compulsum, ut testa, q  
illi, tanquam beato, se commendaret: compo  
ret: quoties autem de cœlestibus nimùm  
Patronis cogitabat, interius dicitur *pas pœ*  
sibi esse, illius ut patrocinio fidat.  
Nullus etiam eos, qui corpus tra  
ctorūt, qualis apud alios fere solet,  
horror invadit, metusve, nulla  
specie tristis in somnis: sed habi  
tus latus ac plenus cœlestis con  
solutionis.

**VI.**

**Statura corporis** fuit parva po  
tiùs, quâm grandis: color fuscus;  
**capillus niger**, frons ampla, oculi  
vividi & hilares, nasus curvus, os  
patentius, barba restricta, facies  
gravis, cum hilaritate religiosa, ac  
pietatem spirante, genius ac tem  
peries corporis cholérica, sic tamē  
edomita, ut non languida quidem  
videretur, & flaccida, sed mitis,  
modestus.

I. Inquie, & comparationes Ludovici. 361  
nmane moderata, suavis; motus & com-  
e velle, positio membrorum apprimè mo-  
ulsum, ut tuta, quæque solo sui conspectu  
menda componeret intuentes: sanitas  
celestibus nimùm bona, sed afflita rigori-  
iùs dictis pœnitentiæ.

## CAPUT II.

### EXQUIÆ ET COMPARA- TIONES LUDOVICI.

#### I.

DE decimo septimo Februa-  
rii, horâ secundâ, convocati  
ad S. Ambrosij nostri, qui in alijs  
duobus Collegijs erant Vallisoleti,  
funebre Officium persolverunt  
Ludovico; & quamvis nemo ex ci-  
vitate invitatus esset ad Exequias,  
ne fieret ingens concursus, non  
potuit tamen res celari vicinos.  
Unde frequentes ad volârunt, ut,  
scut ajebant, sancti viri corpus  
videren, & si fieri posset, attinge-  
rent, oscularentur, ac potirentur

Z 5 aliqui-

362 Lib. III. Cap. II.  
aliquibus ejus reliquijs; pro quibus  
tanta contentio fuit, ut metuen-  
tes, ne direptis vestibus & capillis,  
etiam corpus invaderent, eum n-  
ptim sepelierūt propè aram summa-  
ad latus Evāgelij: multūm sibi gra-  
tulantibus, quibus ea, ut arbit-  
bantur, felicitas obtigisset sacrum  
corpus aspiciendi, tangēdi: dolen-  
tibus autem proceribus & amicis,  
ubi fama rei ad ipsos perlata est:  
quibus ut satisficeret, sacræ vestes,  
quibus inter sacrificandum usus  
fuerat Ludovicus, cùm aliud non  
superesset, eis pro reliquijs distri-  
butæ sunt.

## II.

Septimo à sepultura die, Patres  
Dominicani, pro vetere in Ludo-  
vicum voluntate & aestimatione,  
quam habuère de illius virtute,  
honorificè justa illi in nostro tem-  
plo, Priore celebrante, fecerunt.  
Postea etiam Nobilitas ac civitas

Vallii.

II. *Italia & Comparitiones Ludovici.* 363  
o quibus Vallisoletana, ut suum animum,  
metuen ga Ludovicum publico, solen-  
t capilli, ique honore contestarentur, ne-  
eum n. quidquam repugnantibus, pluri-  
n summa mque excusantibus nostris, illi in  
sibiga templo Collegij S. Ignatij, quod id  
arbitr. Ambrosiano capacius esset, ma-  
c sacrum gisicè parentaverunt, Andrea de  
dolen Ponte Dominicano, Fratre Ludo-  
amicis, vici, oratione funebri merita, &  
data est: e vestes, virtutes ejus deprædicante. Con-  
m usus venere omnium Ordinum summa-  
ud non tes, & infimates homines, tantâ  
s distin frequentia, ut plurimis locus in-  
templo, licet inter ampliora civi-  
tatis illius, non esset.

### III.

Porro ipso die sepulturæ, Marina  
de Escobar vidit Ludovicum in-  
coelo, indutum pileo, & consuetâ  
veste nigra subtegmine aureo, &  
cum splendida stola Sacerdotali,  
sedere gloriosum in Sella, ad tres  
quatuorve gradus elevata, coram  
Sanctis-

O

Sanctissima Trinitate. Accesserunt  
multi eodem habitu , cultaque  
cum stolis candidis, quos illa cen-  
suit esse de Societate, ordinatim ac-  
cedentes bini, longo agmine, velut  
in supplicatione solenni, ad exhibi-  
bendam ei sigillatim reverentiam,  
& gratulandum de gloria, & bonis  
acceptis à DEO. Excepit eos magna  
cum significatione amoris, impon-  
nendo sua brachia singulorum hu-  
meris: poste à verò una cum ipsis,  
prostratus ante Sanctissimam Tri-  
nitatem, & ab una Divinarum Per-  
sonarum acceptâ benedictione,  
ceteris cuneatim consistentibus,  
in suam sedem se recepit: cum suc-  
cedentes Angeli, terni utriusque  
illum stipaverunt, orsique musico  
instrumento, suavissimas Deo lau-  
des cuncti pariter decantaverunt,  
pro donis , quibus ornarat hanc  
animam. Quo facto rursum pro-  
strati, benedictione iterū accepti

proprie

0

I. *sequitur & Compartiones Ludovici.* 365  
esserunt propter novum splendorem, quo  
tiquecepit Ludovicus refulgere, non  
illa cenuerunt amplius à Marina videri.  
utim ac  
e, velut  
d exhibi-  
entiam,  
x bonis  
magna  
, impo-  
um hu-  
n iplis,  
m Tri-  
imper-  
tibus,  
m sue-  
aque  
nusico  
eo lau-  
erunt,  
t hanc  
n pro-  
cepta  
roptet  
I. *sequitur & Compartiones Ludovici.* 365  
opter novum splendorem, quo  
cepit Ludovicus refulgere, non  
illa cenuerunt amplius à Marina videri.  
utim ac  
e, velut  
d exhibi-  
entiam,  
x bonis  
magna  
, impo-  
um hu-  
n iplis,  
m Tri-  
imper-  
tibus,  
m sue-  
aque  
nusico  
eo lau-  
erunt,  
t hanc  
n pro-  
cepta  
roptet  
ostea eodem die, plus quam in-  
egrâ horâ cum illa fuit in suo cu-  
liculo, agendo cum ea de rebus  
spiritualibus: quem cum interro-  
gasset, an aliquid percepit gaudijs  
u honore, qui eo die ipsi fuit exhi-  
bitus, annuit addendo, potuisse  
nostros prædicandis bonis, ipsi  
collatis à D E O adjungere, quam  
pe malè illis sit usus; omittendo  
laus laudes: sed quia omnis laus  
redundat in D E V M, fiat sanè, quod  
possit sua Divina Majestas. Ità ille,  
in gloria quidem oblitus humi-  
tatis. Pluribus alijs inter orandum  
mensus est in gloria.

#### IV.

Sed placet hic apponere alia  
Marinæ, quæ ipsa descripsit  
überius, nos autem conferemus  
compendium. Cùm ab Angelis,  
ut

ut supra diximus, reportata esse  
in suum cubiculum, & averse-  
nōsse, quōnam loco apud D̄VM  
sit Ludovicus, circa decimam ante  
meridiem, adfuit ei magna cum  
gloria, & promisit se porrō illius  
magistrum fore tanto meliorem,  
quanto jam minus possit errare.  
Vnius autem ex Angelis adstanti-  
bus, eo digresso, dixit, animam ejus  
celeriter, & magna cum hilaritate  
transivisse per locum, in quo alia  
lustrantur, non ut aliquid ibi pate-  
retur aut expiaret; sed ut videret  
quantā D̄B i gratiā præservata sit  
ab illis supplicijs. Ejusdem anni  
mense Decembri sæpius ad eam  
visit: sexto ejus mensis die, cùm  
in maximis doloribus esset, fal-  
tans eam, jussit modò quiescere,  
& assidens dixit, se mansurum cum  
illa, donec quieverit: postea cœpit  
ei commemorare magnificentiam  
coeli, gloriam Beatorum, jucundi-  
tate, re-

nam pacem & concordiam,  
India, & hilaritatem, quā ibi de-  
bet. Quibus rebus Marinæ omniū  
olorum sensum fecellit, usque ad  
attam matutinam manens cum  
a. Duodecimo die mensis ejus-  
em assedit ei, & legit chartam,  
nam dedit uni Angelorum præ-  
mium, ut eam traderet ejus An-  
gelo tutori. Erat autem perscripta  
tuliaris quædam gratia, Marinæ  
ita à DEO. Quo facto recessit,  
bens eam esse sine metu, quia  
imper ei sit affuturus instruendo  
omnes actiones ejus dirigendo  
bonorem DEI, & bonum ani-  
mæ sue. Rursus 25. ejusdem, Natali  
christi, horâ tertîâ matutinâ, pa-  
tabatur acerbissimos dolores pe-  
loris & stomachi, & se intus am-  
ari credebat; cùm assidens Ludo-  
vici, ut solitus erat in vivis, jussit  
m. etiam Angelo tutore cohor-  
ante, respirare tantisper: se enim  
cum

cum ipsa mansurum, donec veniat  
**Confessarius** ad Sacrum faciendū:  
& mox cessavere dolores, ipse vero  
tribus horis mansit cum ea, multa  
memorans, quæ ageretur in cœlo.  
Postea vidit eum affurgere, non ut  
abiret, sicut ipsa putabat; sed ut  
exciperet S. Dominicum, qui tali-  
bus eum verbis est allocutus, ut  
ipsa collegerit, eum quasi thesau-  
rum virtutum haberi à Sandis.  
Vénit autem simul S. Ignatius, à  
quo velut à radice videbat prodire  
arborem, quæ suos ramos porrige-  
ret usque ad cœlum, & per totum  
mundum extenderet. Ejus arboris  
non nisi ramuscum se esse dice-  
bat S. Franciscus Xaverius, qui  
etiam aderat. Horum cœlitum  
aspectu recreata cum esset, simul  
redierunt in cœlum.

## V.

Die undecimo Januarij 1625,  
patiebatur gravissimos dolores,  
quibus

ibus se suffocandum putabat;  
veniens Ludovicus cum socio  
ico, etiam beato, salutavit eam,  
umaniter, ac socio dedit nescio  
od medicamentum præbendum  
ngelo Custodi Marinæ, ut is illud  
si applicet. Cùm accepisset An-  
elius, ac dixisset, illud modò appli-  
andi tempus non esse; respondit  
Ludovicus, imò DEVUM velle nunc  
pplicari; & eam remissionem do-  
bris diuturnitate compensandam,  
mod etiam factum est: nam simul  
evici medicamentum admotum  
clementior quidem dolor, sed  
longior fuit. Die 24. mensis ejus-  
m, incensa majoribus, quàm  
onsueverat, affectibus Marina di-  
bat; *Ubi es, DEVVS meus? ubi te  
veniam?* Dic mihi, ubi pascas in  
eridie! Et mox vidit Ludovicum  
scendere ad se de cœlo, quasi  
quentem cum alijs; quos postea  
ognovit fuisse Angelos. Vbi con-  
quibus

A A sedit,

sedit, interrogavit illam, quidnam addidit  
sibi velint ista verba, quid illi ar-  
dentes affectus, cūm q; respondis-  
set illa, Dominum suum se quæ-  
rere, & rogasse ubi pascat in men-  
die; ipse oculis & manibus sublati  
in cœlum, orsus magna cūm gra-  
vitate, & reverentia dixit; Esse  
divinum Domini Omnipotens  
in cœlo est, ubi se amicis commu-  
nicat, suo illos aspectu Beatos effi-  
ciens: Est etiam in universo mun-  
do, rebus omnibus esse ipsarum  
largiens atque conservans: deniq;  
est in cordibus piorum mortalium,  
ea peculiari modo inhabitans. Et  
licet eum tu quæras, jam tamen  
ipsum habes, & ipse te, altiore gra-  
du, quām haec tenus. Tu milla; seissne  
hoc, Pater sancte, quod hanc mihi  
gratiam fecerit sua divina Majesta?  
Scio, inquit; quia ipse mihi hoc  
aperuit, singulari meo gaudio; quia  
plusquam triginta annis te dixerim.  
Addi-

quidnam addiditque se nomine communis  
d illiar Domini semper ei ad futurum, &  
respondit structurum de rebus divinis, non  
se quænas doceat velut ignotas, sed  
in metri quænas, velut intento digito, clarius  
sublatissimis demonstret: nam in terra de-  
cum gradi, quasi per transennam, & in  
t; Esse migmata. Nunc autem bene fa-  
potentis tere illam, divinæ se voluntati  
commu- trmittendo. His dictis, jussit eam  
atos effi- pescere, nec tam discessit antè,  
so mun- quam illa abstraheretur à sensibus.  
psarum Tursum duodecimo Aprilis, hilas-  
: deniq; or quam alias adfuit ei, & expli-  
rtalium, avit significationem cuiusdam  
tans. Et mysterij, quod viderat. Et mox ite-  
tamen um die proximè sequente: ut illa  
ore gra- blicita, ne forte ludibrium à dæ-  
la; seisne nonne sibi fieret, rogaverit DEVUM,  
nec mihi quibid sibi velit visitatio viri beati  
Majestas? am ctebra, & an non credere de-  
ihi hoc eat, ludi se falsis imaginibus; re-  
lio; quia nonsum est ei divinitus, quamdiu  
e direxi.

Addi- AA z sanctus

sanctus DEI timor in illa sit, non  
esse, quod dubitet.

## V I.

Anno 1624. die 14. Februarii  
visus est ei Ludovicus glorioſus in  
ſella, duobus gradibus elevata: illa  
gaudio non vulgari perfusa eius  
conſpectu, dixit; Sancte Pater, tu  
probè nō ſti, quid agatur in animo  
meo. Melius, inquit ille, quam in  
vita mortali; & illud etiam, quod  
modò te rodit. Dolebat, quod ex  
obitu cuiusdam, naturali ſenſu  
plusculum indulſerat: culius eam  
culpæ pudebat. Qua de re Ludo-  
vicus multa præclarè differuit: haec  
duo præcipue, quam perpeti vigi-  
lantiā ſit opus homini, ne quā re  
affletur affini peccato, tamē ſi le-  
viſſimo; & quantā pietate Dei  
eiusmodi mala convertat in bonū;  
dici enim ſatīs non posse, quam  
placeat ſibi dolor de huiusmodi  
noxia. Vigefimo tertio Februarii,

cum

la sit, non cum S. Dominico, & sub finem.  
taij visus est rursum, stipatus ma-  
na multitudine Angelorum, quo-  
Februarij Princeps (ut sèpè aliàs) nomi-  
otiosus in tabat animam sanctam, & sanctum  
evata: illa cacerdotem. Sub idem tempus  
fusa eius comparuit cum anima cuiusdam  
e Pater, tñ religiosi, nondum satìs expiatâ,  
in animo pro qua jussit eam preces fundere.  
quàmin. Post paucos dies rediit cum eadē,  
am, quod alia alterius Ordinis, Ludovici  
t, quòd ex quòdam in spiritualibus discipuli;  
ali sensu quæ singulari reverentiâ Ludovi-  
cuius eam cum prosecutæ, dicebant hoc se-  
re Ludo- scere, quòd ipse sibi quondam  
eruit: hæc magni profectus in virtute, & nūc  
rpeti vige- in celo gloriæ, auctor & concilia-  
c quâ re or fuerit. Fuerant autem ambo  
metsi le- illi mortui, magnâ in suis Ordini-  
bus opinione virtutis. Denique  
te D'EV in bonu- vigesimo quinto Decembbris, ve-  
, quâma- nit cum sanctis Augustino, Bene-  
uiusmodi dito, Bernardo, Ignatio, & pluri-  
cbruarij, mis Angelis, qui salutata magnæ  
cum

AA 3 cum

cum benevolentia significatione ante  
Marina, confidere sua quisq; sella; u ben  
seorsim Ludovicus ante se habe- Deniq  
bat mensam: qui levatis in cœlum andur  
oculis & manibus , magna cum  
reverentia ac devotione sermo- i, cor  
nem exorsus , deprædicavit pri- nita  
mùm admirabilem DEI amorem  
erga homines , quem in humani- nida  
tate assumpta exhibuit ; addens  
quantum terroris incusserit suis  
inimicis , ut adeò , quâ nocte est  
natus , multi scelerati , maximè au- circum  
tem nefanda turpitudine Sodomi- finito  
tica fœdati , oppetiverint mortem  
infaustā , quòd essent indigni vitâ  
quam sic honoratam à DEO , per  
fordes tam abominabiles fœdave- sicut  
rant. Deinde ad festa , quæ in terris  
aguntur , delatus , memoravit quo- fine, e  
modo celebrentur à Beatis in cœ- liq; de  
lo: videlicet laudes & gratias agen- Sepe  
do DEO , pro tanta munificentia  
erga homines ; & rogando , ut abun- dante

ificatione integrâ illos juvet, ad fructum,  
isq; sella; n beneficijs illis percipiendum.  
se habe. Denique hortatus est illam, ad o-  
n cœlum suudum DEV M pro bono commu-  
na cum i, consolando tristes & afflitos,  
sermo- excitando languidos & dejectos  
avit pri- in prosecutione virtutis, instruen-  
amorem dos rudes & errantes. Inter ista,  
humanit- vidit quamplurimos Beatos cum  
addens, circumstare, in habitu Societatis.  
erit suis finito sermone, simul omnes re-  
nocte est tierunt in cœlum.,

VII.

Anno 1627. Februarij die 16,  
Ludovicus comitatus alijs Beatis  
Societate, magna cum reveren-  
tia interfuit Sacro, quod in con-  
fœdave clavi Marinæ siebat, accinentibus  
in terris ad instrumenta musica dulcissimè  
vit quo Angelis, in eleganti ornatu: & in-  
s in cœ fine, cum Sacerdote, bene illi, to-  
ias agen liq; domui dixit, ac sublimis abiit.  
centia Sepe alias apud eandem fuit, mul-  
tum abun- tāq; contulit in eam beneficia, quę  
dante

AA 4 omnia

omnia narravit Confessario. Ad  
summam, ne de singulis agamus,  
plurima eam docuit, de proprietate  
spectantibus ipsam, & alios. Quae-  
renti, an esset moritura in domino,  
subridens dixit, se aliud respondere  
non posse, quam quod in vivis di-  
xerat, anxiè saepius interroganti,  
sitne satis resignata in voluntatem  
**Dei:** responderat verò tunc: ne  
dicat hæc stultias. Commen-  
danti Societatem, quæ passim ve-  
xabatur, dixit, convenire ut Elei-  
tæ Deo per omne genus adversa in-  
cedant. Oranti pro Collegio sancti  
**Ambrosij,** præcepit eis dicere, de  
necessarijs confidant providentia  
**Dei,** que nunquam sit eis defutura;  
quoad spiritualia, se lustrasse Col-  
legium, & contentū fuisse: Rector  
attendant officio suo; se & ipsi, &  
Collegio ad futurum. De defunctis  
quibusdam ex ejus vicinia, cum in-  
terrogaret, gravibusne doloribus  
arde-

II. Mira quædam in Ludovico. 377  
rio. Ad derent, increpans dixit: Hoc illi  
agamus, non esse quærendum, sed orandum  
propriètate eis. Denique multis modis os-  
tis. Quædā se inter cœlites non esse  
omino, intemnendi fastigij.

### CAPUT III.

#### MIRA QUÆDAM IN LVDOVICO.

##### I.

NON pauca fuetunt in Ludo-  
vico miranda. Ut, vitæ per-  
liquit annos ultra vires naturæ  
reductio, quam tum alijs, cùm  
recipui nominis Medici testimo-  
nijs juratis asseverayerūt. Et quod  
amplius, vires, quæ in corpore  
penè exāgui, ab inedia, & supplicijs  
voluntarijs, planè nullæ erant, præ-  
entes & copiosæ, cùm vel dictan-  
dum aliquid, vel meditandum, vel  
sacrificandum, vel in aliorum salu-  
rem dicendum erat. Ad hæc enim  
cum accederet omnino infirmus,

A A S aut

aut alienis manibus, peragebatur intus  
quasi sanus & robustus: ut quando us  
pedibus consistere non posuit, ac leti,  
tria tamen Sacra continuò fecit culi, a  
Natali die Christi: & ultimo die Domini  
vitæ, quando fratri suo germano Ludovico  
loqui per debilitatem non potue-  
rat, postea quinque, aut sex horis, libidine  
distinctâ, claraque voce quædam  
dictavit: sæpe etiam deportatus ad  
agrotos, quantum satî erat eoru-  
solatio, cum ijs egit mansaque,  
redeunte statim postea priore suâ  
imbecillitate. Referri possunt huc  
radij & luce, quibus non semel  
ipse, & ejus cubiculum resplen-  
duit.

## I I.

Præcipua & mirifica vis fuit pre-  
cum illius, quarum interventione  
tam in vita, quam postea permuli  
à gravibus ac letalibus morbis li-  
berati sunt: quæ omnia idoneis  
testimonijs corundem probata se-  
vantur.

gebatae suntur. Horum nonnulla libabi-  
at quando visus. Isabella de Mercado, Vallis-  
poruit, ac leti, urebatur dito dolore unius  
nō fecit culi, auris & gutturis, die Cœnæ  
imo die Domini. Questa est visenti ad se  
germano Ludovico, quod eâ die Venerabili  
sacramento frui non posset; cui  
libidens, poteris, inquit: & mox  
cessavit omnis dolor, illaque desi-  
derio suo potita, recitatō ab ipso  
Evangelio, optimè dormivit, cœ-  
lavit, in templo interfuit omnibus  
abus divinis; omnia fecit, ac si nō  
fuerat. Altero die videns illum  
venerem, læta celeriter ac-  
currat, eique gratias egit. Antonius  
de Balboa in sevissimo lateris unius  
doloris, curavit advocari Ludovi-  
cū, ut cum eo componeret res  
ventione membra suæ, brevi, ut arbitrabatur,  
permulti volaturæ. Venit ille, licet ipse  
in horbis lunc inter brachia deportandus  
idoneis, fuit, præ infirmitate: primoque  
obata seruitu, & lætitia singulari perfudit  
vantur.

Anto-

Antonium, & mox omni dolore  
exemit, duabus horis cum eo mo-  
ratus. Villagarciae Franciscum de  
Ribera, periculosè laborantem,  
Evangelio recitato, contactu ma-  
nuum subito restituit. Alteri, quæ  
confessionis gratiâ ad eum vene-  
rat, supervenit laterum dolor: is  
jussit ne doleat amplius, & morbus  
imperio paruit. Maria, antistes Re-  
colicistarum S. Augustini, missa ad  
se ab eodem oratione, quam reci-  
taret, à magnis corporis, & animi  
afflictionibus, confessim se respi-  
râisse recensuit. Alia ejusdem Co-  
nobij, Anna Maria de Incarnatio-  
ne, gravem à se temptationem, ap-  
positis cordi suo Ludovici literis  
depulsam. Alij se ex alijs animi ma-  
lis, eo invocato, creptos. Nonnul-  
lis etiam ius suum, quod in causa  
bona, vel judicum iniquitate, vel  
partis oppositæ contumaciâ inter-  
ceptum, obtinere diu nō potuerat,

-035A

Mira quedam in Ludovico. 381  
 ad DEVUM prece expedivit, animis adversantium repete mutatis,  
 devenisse sibi Ferdinandus Pardo,  
 canonicus Ecclesiæ de Lugo, memoravit: idem Gaspar de Brizeno, quem ex causa hæreditatis ad  
 sum devolutæ, extrahere volebat  
 Societate. Licentiato Zevallos,  
 sum in angustijs gravis negotij DEO  
 commendaret enixè, Ludovicus,  
 lectulo suo tum præ infirmitate  
 decumbens, adfuit, & consolatio-  
 nere fert, curas, quibus coqueba-  
 tur, abstergit: sive imagine tantum  
 sua, sive revera in duobus locis  
 constitutus à DEO

## III.

Hæc in vivis: à morte non mi-  
 nus munificus fuit. Catharina de  
 Valle secundo mense à conceptru-  
 gliscente in dies ardore, quatuor  
 humorum Medicorum judicio  
 ad extrema pervenerat, cùm sube-  
 nte animum magna erga Ludo-  
 vicum

382 Lib. III. Cap. III. M  
vicum fiducia, vovit novendialibus  
Sacrum, & primum iter ad sepulchrum  
eius, si convaluerit. Ratum est  
habuit votum vir eius Hieronymus  
de Avellaneda, & ad sepulchrum  
viri beati studiosè Deo depe-  
commendavit, attulitq; effigiem  
eius infirmæ, quâ multum exhi-  
rata, levata immaturo fœtu, sine  
molestia, brevíque omnino rece-  
ptâ sanitatem, grata voti fidem exfol-  
vit. Anno 1628, cùm ulcere pestis  
lente ad extrema deductus esset  
Clemens Fermento, urbis Vallis-  
pletanæ Gubernator, omni Medi-  
corum arte frustrata, voto se astrin-  
xit; bonam pecunia vim confe-  
rendi, ad sumptus necessarios ob-  
tinendo cultui Ludovici, cuius  
fuerat semper studiosissimus, &  
sanctitatem plurimi fecerat; impe-  
ratâ eius effigie à Rectore Colle-  
gij, & albo cereo ad sepulchrum  
eius accenso, mox cœpit melius  
habere;

III. Mira quedam in Ludovico. 383  
vendit abere, & licet Medici crederent  
ad sepulchrum ei endationem mali constan-  
t. Ratum non fore, nihilominus tamen  
Hieronymus acta est semper, donec supra os  
ad sepulchrum spem, sanitatem integram  
osè deo deputus, Sospitatori suo, Ludovi-  
effigiem gratulatus est: qui, cum ei se-  
m exhila-  
etu, sine sis est ei vultu gravi & hilari di-  
ino rece-  
em exfolia-  
ere pesti-  
tus effet-  
is Vallis-  
ni Medi-  
se astrin-  
n confes-  
arios ob-  
, cuius-  
mus, &  
at; impe-  
re Colle-  
lchrume-  
t melius  
habere,

ad

ad quos necessariò caput erat allisura, si absque tutela cœlesti fuisset. Maria, Marchionissa de los Velez, à viginti annorum fluxu, quo ad periculum vitæ processerat, admotâ religiosè particulâ sacræ vestis, in qua Sacrum fecerat Ludovicus, cui se impensè commendabat, in momento sanata est. Idem sèpiùs Marchioni, eius marito, graviter laboranti evenit. Idem Antoniæ, Marchionissæ de Villat, admotâ sibi cruce, quam gestarât Ludovicus: Idem alijs multis, sacri & profani Ordinis, interpositum meritorum eius, sive per applicacionem reliquiarum, sive per invocationem eius, concessum à Deo est quorum attestiones, ritè acceptas, huc referre non attinet. Una prætermittere nefas duco.

## IV.

Joanna de JESV Maria, Recolleta S. Augustini, Eybare in Car-

nobis

II. Mira quædam in Ludovico. 385  
erat alli- obio Conceptionis, circa deci-  
lesti fuis- sum nonum ætatis annum Reli-  
e los Ve- tionem ingressa, cruciabilem in-  
uxu, quo- nodum torquebatur scrupulis, ac  
serat, ad- turbidis conscientijs animi, quas  
sacræ ve- scutendi apud eam finis non  
at Ludo- erat; ut adeò tempus omne in illis  
menda- digendis ex mente, velut ex agro  
st. Idem apidoso, non tantum supervaca-  
marito, to, sed etiam nocuo labore con-  
Idema- sumeret: nam & seipsam irrequie-  
te Villat, vexabat, & alios viros graves ac  
gestarāt nos; quorum, ut assolet perplexū  
ltis, faci- loc genus hominum, nulli mo-  
situm me- m gerebat, nulli habebat fidem.  
plicatio- nia cùm audivisset legi orationem  
invoca- e rebus Ludovici habitam à Mi-  
DEO esti- haële de S. Romano, Præposito  
tè acces- Domui Professæ Vallisoleti, nova-  
et. Unū- tiga illum, cuius virtutes prædica-  
Recolle- us audierat, & sanctitatem ex libris  
in Co- suis informatam, & insculptam.  
nobis ludum habuerat, fiduciâ cõceptâ,  
appliciter flens cum rogabat, à

B B D E O

DEO suis malis impetrare velit  
remedium, multum incusando se  
ipsam ac deplorando, quod ea non  
exposuisset viventi. Mox tamen a  
prece per affusam sibi spem divi-  
nitus, cœpit levare non nihil, di-  
xitque Antistitiae suæ Constantia à  
S. Paula, se talem amorem, ac de-  
votionem sentire in animo suo, ut  
speret Virum sanctum aliquid in-  
se operis editurum. Cui illa re-  
spondit, quando neglexerit expo-  
nere suas miserias vivo, nihil sup-  
petere melioris consilij, quam u-  
perscribat eas P. Præposito, & quid-  
quid rescripserit ille, nomine Lu-  
dovici scriptum accipiat, ipsique  
obtemperet. Fecit illa; novendiali  
supplicatione rogavit Ludovicum,  
ut calatum Præpositi regere velit  
in salutem suam. Recepit respon-  
sum, cum Reliquijs virti beati; ac  
simul id legit, ea pace ac serenitate  
mentis imbuta est, omni caligine  
priorc

Mirā quædam in Ludovico. 387  
are velit  
jore detersa, ut foris appareret;  
sando se  
d e a n o n  
d o diebus continua saceræ men-  
tamen à  
accumbere, sine prævia confes-  
em divi-  
one peccatorum, id absque diffi-  
nihil, di-  
stantia à  
ntiebat morsiunculam scrupuli,  
o, ac de-  
o suo, ut  
ne ulteriore frictione, sedabat.

V.

juverit audire, quæ ipsam et scri-  
bit: Lectis, inquit, literis P. Pra-  
fuit, & sancti Patris Ludovici Relia-  
tus impositus capiti meo, subito sere-  
næ sunt nubes, quæ obscuraverant  
nimam meam, ut me statim senserim  
vetam, & magna cum promptitudine  
me subiiciendam judicio Confessa-  
ti; neque amplius voluerim confes-  
siones generales revocare ad novum  
tamen, aut reconciliationes repeteres:  
quamvis demon quinque annis cum  
midio infestarit me his inquieta-  
nibus, tamen ex misericordia DEI,

B R 2 per

per intercessionem sancti Patris Ludovicus viri  
vici, me invenio nunc in ea pace, in quiete, ac serenitate mentis, ac si nihil a se l  
præcessisset in me inquietis, scrupulis, bus a  
& amaritudinis, sine vestigio ullo, ante tone i  
memoria.

## VI.

Neque intra hæc stetit gratia  
Ludovicj, sed aucta est alia maiore.  
Nam cùm priùs exerceri consuel-  
set solâ fete meditatione noxarum,  
non sine laborioso & insuavi men-  
tis discursu, intra breve tempus, ad  
novum, & insuetum sibi, modum  
orandi se devenisse notavit, ut jam  
discurrendo nihil promoveret, ni-  
hil agitatione intelligētiarum pro-  
ficeret, sed elevaretur ad alia; quan-  
tumvis renitens, & reformidans,  
ne fortè illuderetur à dæmoni-  
Quare obnixè precata est Ludo-  
vicum, ut si qua fallacia sibi inten-  
datur sub eo modo orandi, gratiam  
impetreret sibi inter orandum uten-  
divi-

III. Mira quadam in Ludovico: 389  
tris Ludo viribus, & facultatibus animæ  
ea pace, ut prius. Quo facto sensit no-  
, ac si nihil se luce illustrari, recolligi à sen-  
, scrupulisibus animum, ac dilatari consola-  
gio ullo, amone internâ, ex dulcedine & sua-  
nitate divina: quæ sentiri posse di-  
tebat, verbis explicari non posse.  
it gratia inuctus hinc enascentes in anima  
a majore. erunt inflammati affectus amo-  
i consuel- is DEI, cum admiratione infinitæ  
noxarum, quis magnitudinis: item si fieri  
navi men- possit, desiderium consumendi se  
tempus, ad oram in laudibus DEI, cum agni-  
, modum tione pudibunda suæ vilitatis. Fie-  
it, ut jam rat autem hæc mētis ejus in DEVUM  
veret, ni- levatio diversis modis: nam ali-  
rum pro- quando cum hac cœlesti luce, vi-  
lia;quan- labatur ei ortum in anima sua ver-  
midans, oridum divinæ charitatis, collo-  
remone, catà in horto pulcherrimo, inter  
st. Ludo- astas, & suaves affectiones. Ali-  
oi inten- quando videbatur impositum in-  
gratiatim mis recessibus animæ myrothe-  
um uten- ium, plenum pretiosis & odoratis  
divi- rebus,

B B 3 rebus,

rebus, quarum copiosa fragran<sup>ia</sup>, i, viri t  
recrearet omnes animæ suæ facul<sup>abiles</sup>,  
tates, excitando eas, & provocan<sup>do</sup> Christo  
ad laudandum & honorandum perspe<sup>c</sup>  
DEV M omni, & vehementissima virginis  
contentione animi, ingenij & vi-  
rium. Addit illa, certum sibi esse,  
quando hoc suum genus orandi TRA<sup>Z</sup>  
viris doctis, & experientissimis ap-  
probatum sit, veluti profectum à  
spiritu DEI; hāc sibi gratiam à Deo T A  
factam, conciliante Ludovico:  
quoniam ex sua parte nulla præc-  
serit nova præparatio, & ante le-  
Etam illam epistolam, admotaque  
capiti venerabūdē ipsius reliquias, sepulch  
aliam orandi orationem non te-  
nuerit, quām per meditationem; verò H  
speraverit autem DEV M per mer-  
ita Ludovici, in quem tanto fer- erga sua  
batur affectu, aliquid in anima sua vatore  
operaturum. His testes accedunt, raptímo  
præter Antistitam, prudentem sus erat  
sanè feminam, Ordinis S. Augu- locare p  
ni

III. *Translatio corporis Ludovici.* 391  
agrania, virti religione, ac sapientia vene-  
tuæ faciles, Antonius de Encinas, &  
rovocan Christophorus de Pineda, quibus  
orandum perspectissimæ fuerunt res hujus  
antissima virginis.

#### CAPUT IV.

#### *TRANSLATIO CORPORIS LVDOVICI.*

##### I.

**T**am copiosa erga plurimos  
Ludovici, vita defuncti, be-  
neficia fuere, ut grato erga illum,  
desiderarent pro monu-  
mento, lapidem cum inscriptione  
sepulchro eius imponere: præcipue  
Hieronymus de Avellaneda,  
cum sua conjugé: nec visum est  
noe negādum. Et quia hominum,  
erga suæ sibi salutis causam ac ser-  
vatorem, studia crescebant in dies,  
raptimque is, & sine pompa defos-  
sus erat, ossa paulò honestius col-  
locare placuit, ad ipsum parietem

B 8 4 lateris

lateris Evangelij. Sed ut consultis ad vola  
agerentur omnia, Rector Collegij, ierōq; C  
Michaël de Orenna, Marina de impetrata  
Escobar, cuius post Ludovicum machio  
Confessarius erat, negotium cum thesauri  
D E O pertractandum commisi.  
Hæc postea renunciavit illi, se ab Advo  
Angelis ad corpus Ludovici dela- dores p  
tam, illudque tanquam hospitium mandus  
animæ sanctæ veneratam fuisse. Sanchez  
Illud autem nec dissolutum omni- Barba,  
no, neque integrum esse, sed affe- qui om  
ctum jam; sic tamen, ut ex facie  
& capillis capitis, ac barbæ cognoscatur, fie  
sci queat. Missis ergo ad hortum  
relicquis, Rector solus domi re- manum  
mansit cum Fratribus coadjutori- et mal  
bus, & aperto sepulchro, die 18. carnei  
Septembbris anno 1625. scripsit sumpi i  
Hieronymo de Avellaneda, se resoluta  
Ludovici corpus ita invenisse, ut corrupti  
Marina descriperat, sinè omni ma- legrum  
lo odore, vel horrore etiam par- ta ipsu  
tium, quas affecerat corruptio. liqua ve  
Adola-

I. *Translatio corporis Ludovici.* 393  
insultus dyolavit ille nemine conscio, te-  
Collegij, & rōq; cum sensu miratus omnia,  
inæ de mpetravit à Rectore officulum è  
ovicum machio & manu, quod in sacris  
m cum tesauris servaret.

II.

i, se ab Advocati postea Medicinæ Do-  
ci dela- tores præcipui , Joannes Ferdi-  
spitium andus de Talavera, Ferdinandus  
fuisse. Sanchez de Espinosa , & Petrus  
omni: Barba, Medicus Cameræ Regiæ,  
ed affe- qui omnibus diligenter inspectis  
ex facie ac per pensis, communi sententia  
cogno- censuerunt, nullâ naturæ vi, vel  
portum me, fieri potuisse, ut corpus hu-  
mi re- manum, dum putreficit, non exha-  
lutori- et malum odorem : hîc autem  
die 18. carnem, ventrem, & intestina cor-  
cripsi sumpi in terra, & carnem quidem  
a, se solutam ab ossibus, nondum  
isse, ut corruptam omnino; cerebrum in-  
ni ma- legrum in cranio, licet omnis cir-  
m par- ta ipsum caro corrupta jam sit, re-  
ruptio. liqua verò non sicca, sed multis lo-  
Adola-

B B S cis

394 Lib. III. Cap. IV. Tra  
cis humida: & nihil tamen gravis  
odoris sentiri, sed valde gratum:  
quod non nisi divinæ virtuti pos-  
sit attribui: quamvis enim corpo-  
ris humani, vel etiam terræ, in qua  
sepelitur, possit esse talis téperies,  
ut à natura maneat illæsum aliquo  
tempore; ut autem non graviter  
oleat, dum corruptitur, id fieri nō  
posse. Quam sententiam sancte ju-  
rando consignatam, 18. Octobris  
anno 1625. postea rursum in secun-  
da informatione confirmaverunt.

### III.

Omnia, ut recensita sunt, vrbis  
Episcopus ipse, cum alijs multis  
Prælatis & Religiosis, non sive ad-  
miratione inspexit: & ad majorem  
rei certitudinem, publicâ Notarii  
fide scribi mandavit, accepto simul  
juramento à tribus è Societate,  
qui sepulturæ præsentes interfue-  
rant, agnoscebant corpus ex facie,  
noverântque nullum aliud eo loco

tumu-

nigris  
rum  
ut pos.  
corpo-  
e, in qua  
éperies,  
n aliquo  
graviter  
fieri nō  
nctéja-  
ctobris  
secun-  
verunt.  
t, vrbis  
multis  
in è ad-  
ajorem  
Notarij  
o simul  
etate,  
terfue-  
x facie,  
co loco  
tumu-

omulatum fuisse. Avellaneda, de quo suprà meminimus, in sua reatione distinctius quædam expre-  
st: vestimenta, in quibus est sepul-  
lus Ludovicus, omnino consum-  
pta fuisse, corpus sine rumba, ossa  
terre permixta jacuisse, multam  
carnem humidam, & ossa ex parte  
quasi viscosa, ubi eis terra adhæsit:  
ut adeò, quæ nondum erant cor-  
upta, nō sicca essent, sed humida;  
& quasi glutine manus, & pannos  
admotos inficerent, absque omni  
tamen horrore, aut foetore.

I V.

His ità peractis, ossa de priore  
loco secretò translata sunt in se-  
pulchrum, ad hoc inter summam  
aram, & parietem effossum, super-  
imposito operculo, cum hac in-  
scriptione Hispanica. *Hic situm est*  
*corpus Venerabilis Patris Ludovici de*  
*Ponte, è Societate IESV. Obijt 16. Fe-  
bruarij Anni millesimi sexcentesimi  
vige-*

vigesimi quarti. Sed postea placuit nemo illud reponere in eum locum, in assim quo primò positum fuerat sub terra, superposito lapide cum Epitaphio prædicto. Multi sepulchrum hoc frequentant, ut venerentur servi Dei reliquias novendiali prece, tabellis, ac cereis votivis: obtulerant & lampadem, semper ibi asuram; sed ne peccaretur in decreto Urbani VIII. isto cultu publico, acceptata non est: cùm privatim quisque, pro acceptis per illum bonis à Deo, gratias possit referre.

## V.

Cùm autem beneficentia Ludovici de cœlo, quotidianis fere miraculis, in dies magis claresceret, ac de sanctitate ipsius, quæ studiosè celârat in vivis, vulgarentur complura; judicavit Michaël de Orenna, Rector Collegij S. Ambrosij Vallisoleti, expedire, ut ad

memo-

a placuit memoriam posteritatis ea , quæ  
um , in ussum ferebantur , ritè examinata ,  
et subter constarent authoritate publicâ .  
Epis. iecit hoc propensè Alphonsus  
ilchrum Lopez Gallus , Episcopus Vallis-  
erentur. Metanus , initio rei facto 15. Aprilis  
diali pre- Anno 1625. maximè cùm idem ab  
is; obtu- so civitas tota studiosissimè con-  
er ibi ar- tendisset . Quæ etiam supplicavit  
a decre- Philippo I V. Regi Catholico , Car-  
altu pu- dinali Infanti , aliisque regni Pro-  
üm pri- teribus , ut ad cultum per totum  
tis per- Orbem à Summo Pontifice decer-  
as possit tendum , tanquam Sancto , suam  
conferre . Auditis omnibus , qui  
liquid ad Episcopi tribunal refe-  
lare fec- rebant , missa est ad Generalem  
qua stu- Præpositum Societatis , Mutium  
arentur Vitellescum , relatio : sed quia in  
ael de- ta desiderabantur nonnulla , rur-  
S. Am- sus Anno 1629. die 20. Aprilis , ad  
, ut ad examen revocata , & ad Cutiæ  
nemo: Romanæ amissim facta sunt o-  
mnia .

mnia. Interim tamen novo Vt-  
bani VIII. decreto, usque ad an-  
num ab obitu ejus quinquagesi-  
mum, suspensum fuit totum hoc  
procurandi publici cultūs, nego-  
tium.

## CAPUT V.

*FAMA, ET SENSUS GRA-  
VISSIMORVM HOMINVM  
DE LVDOVICO.*

## I.

**Q**uanta fuerit Ludovicus in existimatione virtutis, & sa-  
pientiae apud omnes, qui norānt  
eum, prolixus ero, si demonstrare  
voluero verbis, ac tabulis eorum,  
qui hoc testati sunt. Obiter aliqua  
perstringam. Henriquez Pimentel,  
prius Vallisoletanus, postea Con-  
chensis Episcopus, ait; se, cùm au-  
disset Ludovicum esse virum per-  
doctum, excellentis, & heroica  
virtutis, raræ, ac singularis pruden-

& consilij, multum communississe cum illo, tam de privatis animis suis rebus, quam de Officio Pastorali, & obsequio divino; semperque invenisse in eo consilium & consolationem, qualem promiserat sibi de illius sanctitate, doctrina prudentia. Talem etiam habitum fuisse tota Vallisoletto, & ab omnibus generis hominibus consultum, tanquam virum perfectum, & extraordinariæ virtutis, ac peritiæ magistrum spiritus. Joannes Hurtadus de Mendoza, Archidiaconus de Campo, dixit, à se annis 50. cognitum, & habitum fuisse Ludovicum, tanquam virum Apostolicum, virtutis perfectæ, & raræ sanctitatis: témque judicium commune de illo fuisse. Unde etiam ipse magna sum reverentia semper egerit cum eo; nec arbitrari se majorem magistrum spiritus extitisse illis temporibus, aut etiam ullum, in quem tanta

tanta simul prudentia, humilitas,  
amor Dei, zelus animarum, & acu-  
men ingenij cōvenerint, quamvis  
non deessent, qui aliquo decorum  
istorum ei non cederent.

## II.

P. Andreas de Ponte, Domini-  
canus, testatur eum, tum alibi, cū  
in Ordine suo, ut virum sanctum  
venerationi fuisse: plurimōsque  
Magnates ac Principes sibi gratu-  
latos, quōd tamē fratrem germanum  
haberet. Bartholomaeus de  
Segura, Benedictinus, Conciona-  
tor Regis Catholici, dixit, se felicē  
futurum, si mori potuisset illo præ-  
sente. Joannes Requesenius, Mar-  
chio de Villar, se inter omnes, quos  
noverat, suspexisse capacitatem,  
& sanctitatem illius. Antonius de  
Campo Rotundo, Præses nego-  
tiorum Regis, sibi semper visam  
esse mirabilem ejus vitam, & exem-  
plum Joseph Gonzalez, è Consilio  
Regis;

legis; eum tanquam virum eximię  
inicitatis, ab omnis conditionis  
omnibus consultum de sua salu-  
& hanc de illo opinionem etiam  
post mortem fuisse. Mariana de S.  
oseph, Recollectarum Fundatrix,  
cripsit, cum propter continuam  
attentionem anithi sui in D E O,  
magnam omnibus, qui agebant  
cum ipso, injecisse reverentiam,  
& estimationem suę sanctitatis,  
propter quod etiam non potuerint  
consuetudine ejus avelli. Mencia  
de Padilla, notissimae virtutis, pro-  
fessa est, nullis verbis explicari pos-  
se, quām sublimis fuerit sanctita-  
tis Ludovicus: séque à multis au-  
divisse, nihil unquam in verbis, aut  
actionibus ejus deprehēsum, quod  
nō referret clarissimam virtutem,  
quia semper omnes ad majorem  
Dei honorem direxerit. Omitto  
elogium D. Petri de Orozco, quo  
in laudes Ludovici consumpsit o-  
mnia

Ce      mnia

402 Lib. III. Cap. V. Fama &  
mnia myrothecia eloquentia, nraesentia  
mio forsan, (ut alicui videri posset) que eu  
erga Patrem suum spiritualem fundo, co  
dio, summis eum Sanctis adaequans, sifrena

III.

Ponderosior videri poterit Ep. famili  
scopi Vallisoletani commendatio, itemius  
qui in suis ad Summum Pontificem, sus, &  
7. Aprilis Anno 1627. datis, postullam et  
acceptas & discussas informatio, quasi ru  
nes, de Ludovico sic scripsit. Hanc ruisse,  
virum insignem invenimus, multum rem, qui  
processisse in omni genere virtutum, ut orare  
& tam ardentem fuisse in amore erga medium &  
DEV M, ut inflammati affectus eum illustrato  
perduxerint ad terminos amittendi verbis ej  
vitam, naturalem; salutis aliena tam imposita  
studiosum, & sollicitum, ut plus quambus facil  
annis 40. nemo viderit otiosum, sed uniuers  
agentem semper cum DEO in oratione rando  
aut sacrificio, aut laborantem in bonis sacra  
animarum, docendo, concionando, con- fuit; tam  
fessiones excipiendo, dando consilia, ro sua o  
respondendo ad proposita sibi dubia, sacri fac  
presen-

V. Fama & existimatio de Lindovico. 463  
ntia, n*on* presentibus ore; absentibus, qui un-  
tri posset lique eum consulebant, scripto; vi-  
alem studio, cōsolando, exhortando infirmos,  
læquam suistendo peste correptis, alijs pieratis  
peribus se occupando. In devotione,  
erit Ep. & familiaritate cum D E O tam fuit  
endatio, ut nimis, ut vir religiosus, gravis, do-  
mesticem, & boni exempli, cūm præteriens  
tis, post illam eius, audito magno fragore,  
formatio quasi rumperentur trabes recti, ape-  
rit. Hanc uisser, viderit hunc venerabilem Pa-  
, multum rem, qui cum spiritu accensus, incipie-  
vit ut orare, splendore quodam divino ad  
nore erga medium globi, medio corpore opertum;  
Et usum illustrato capite & pectore. Et ut ex-  
mittendi verbis ejus, & gravi venerandaque  
iena tam impositione membrorum, & actioni-  
us quamvis facile erat colligere, incedebat in-  
sum, sed uintuua presentia DEI. Totas noctes  
oratione uando consumebat coram sanctissimo  
in boni sacramento, cui singulariter devotus  
ido, con- fuit; tam saep illud visitando, ut altero  
consilie, pro sua occupatione sufficeret. Quotidie  
i dubia, sacri faciendi causâ surgebat è lecto;  
presen.

Ce 2 etiam

etiam in gravissimis morbis, ac debilitate corporis, ut videretur constans tantum pelle & ossibus. Quod si quid extraordinarium accidisset, ut (quod raro contigit) Sacrum ipse facere non posset, ex alterius manu divino se Panificiebat.

## IV.

Tam fuit humilis, ut singulariteritate totâ vitâ suâ celaverit revelationes, illustrationes, & favores, quos ei DEVS inter sua sancta exercita exhibuit, ut nescirentur, donec DEVS alijs probatae vita hominibus ea manifestavit. Cumque tam perspecta ac venerratae prudentiae fuerit, nunquam auditum est ab eo verbum, quod oleret astimationem sui ipsius, aut operum suorum, raro silentio dissimulante dona divinitatis ipsi data; & magna modestia subciendo judicium suum alijs, omni parte ipso inferioribus. Patientia suis admirabili, ut nemo meminerit eum videre lamentantem in acutis doloribus,

guttae articularis, & alijs morbis,  
ac debilitate, quorum erant morsus acerrimi: ipsorum  
constans ita silentio pressit, ut longo tem-  
pore ignoti essent etiam domesticis. Hi  
erò sic eum debilitarunt, multis annis  
que ad mortem, ut mirati sint omnes,  
illa extrema infirmitate hominem  
esse vivere: docti adeò & experientes  
Medici, quibus perspecta erat eius con-  
lari dext  
rit rev-  
erit reue-  
rit manifesta-  
tia ex-  
EV S alij  
anifesta-  
ac vene-  
am audi-  
ret assi-  
m suorū  
divinū  
tia subi-  
omni ex-  
ntia fuis-  
it eum-  
s dolori-  
bus,

lario naturalis, judicarint eam ani-  
nam in talis corpore, sine miraculo, con-  
ores, quos truari non posse; quod ipsum note-  
ritur inutis hominibus de caelo est indica-  
m, Contumelias, quibus oneratus est  
diquando, sic accepit, ut nec verbo, nec  
modo se ulcisceretur, cum posset fa-  
lime. Permisit uno se oculo capi, ne  
manifestaret, quod patiebatur: atque  
nisi nulli dixit, nisi valde spiritualis  
persona, ut suo eam exemplo animaret  
id perferendos dolores, amore DEI,  
um silentio & patientia. Strictè serva-  
vit propositum, quod fecerat, non ape-  
tiendi, que patiebatur, nisi ad hoc ad-

Ce 3 strin-

406 Lib. III. Cap. V. Famae  
stringeretur in conscientia. In toto unius no-  
pore solam dexteram, & caput liberum dicum  
a doloribus habuit: quibus tam validis ligare  
fuit obnixus, ut semper se laboribus effecte  
exerceret usque ad paucas horas ante viam vi-  
excessum: in mediis doloribus, & maiores  
xima debilitate composuit, ac sua manu sanguinaria  
scripsit undecim volumina, quaenamq[ue] imo  
in lucem valde spiritualia & utilia, unie-  
prater alios tractatus, quos scriptis intentis  
reliquis.

V.

Puritas animi & corporis angelica  
fuit, ut sicut ejus Confessarij, virili- Pauper  
giosi, prudentes ac doctri testatur, nun- sum ser-  
quam, ne in generali quidem confi- ret, qui  
fione deprehēsum sit peccatum lethale corpor  
in quounque genere; sed ne veniale stinen-  
quidem è genere mortalium. Imō refi- us ami-  
rūt, quam exacte servarit votum, anta in-  
multos annos edidit, non admittens  
scienter ullum veniale: quod quidem  
votum, indicium & argumentum ob- elicati  
magna perfectionis, quam in ejus acti- stentia  
nibus

In toto omnibus notarunt semper, qui sunt veri & liberum cum illo. Et quamvis Regulae non tam validat ligarent sub peccato, tamen eas tam laboribus effecte servavit, ut nullam sit unoras animi umbras transgredi, nec ea, quae sunt, & maiores ordinaverant; neque repudia suam tantiam unquam ostendit in obedientia eius, immo cum esset Rector, & Provincia & utilia, uniè subdatis eum subiecisset, quoad scriptas intentias, & asperitates corporis, ne irore spiritus modū excederet, promis & accuratè illi obedijt.

V I.

Paupertatem totā vitā suā tam strixur, nūm servavit, nihil ut amplius admis-  
m confessum, quām praecepsē necessarium tegen-  
m lethale corpori, & libros ad sua studia. Ejus  
e venustus in admirationem rapuit  
Imō res amicos, ac pœnitentes, quod in-  
sum, annita infirmitate & indigentia nihil  
dimitundi delicati admitteret, neque aliud quid-  
ad quidem per modum medicamenti. Prä-  
sentum obavit se delicijs fructuum, & alijs, pro  
ejus actione stentando se contentus pauxillo car-  
nibus

Cc 4 nia

nis concisa, quam tamen post horas duas magnas rei cedere cogebatur, ideoque cibus et suæ, insipidus ei magis tormento, quam de villa quæ letationi fuit, ac fassus est, si licet et se hinc ejus potius excessum è vita, quam cibum iu, ut in sumptum. Tam inclementer habuit memoriam corpus quoad alia genera penitentia, ut etiam tempore, quo per quietem reficiendum erat, modico, quod orationi subtraxit, illud somni capiendi causa in nudum afferem abijcerit: cilicijs utebatur valde sape: flagellabat se atrociter quotidie, iametsi videretur nihil habere, nisi ossa; abstinebat recreationibus concessis, neque visus est ullam relaxationem querere: patiebatur ardentem & continuam fumim, neq; tamen unquam bibit extra consuetu tempora cibi sumendi; fuitque potius ejus paucarum unciarum: & cum sis glisceribus morbis accenderetur, rara visus est aliquid ei concedere,

## VII.

Providentia DEI sic officiebatur, in magnam

V. In suis gravium virorum de Ludovico. 409  
oras puerorum agnam in ea quietem inveniret ani-  
que cibum ne sua, & omnes hortaretur ad eam  
quam de villa querendam, omnino se resignan-  
ticeret, si hinc ejus amorem paternum: suadens  
m cibum iu, ut in suis afflictionibus habeant in  
er habuit memoria & corde hac verba; Fiat,  
ra paenitentia Domine, in me, de me, per me, cir-  
per quiete, tame, & circa omnia mea, tua san-  
o, quod tissima voluntas, nunc, & semper,  
ni capi bin aeternum, amen. Aique his,  
biijceret: nimmo cordis sensu prolati, ipse met in  
gellabat suis doloribus perebat levamen. Iudicia  
deretur DEI venerabatur profunda cum reve-  
ebat re- tentia, & cum in Psalmis occurserent  
visus est ista verba: Terribilis in consilijs  
patieba super filios hominum, illa singulari  
im, neq; ponderatione recitabat. Ea, qua DEVS  
consueta circa animas decernit, & gravitatem  
ue potut culparum suarum, tam vivarum apprehen-  
sum situr sione conceperat, ut cum surgeret ab  
ur, raro examine, semel, iterumque contremue-  
ris locus, in quo erat.

### VIII.

In magisterio spirituali tam excel-  
Ce s lens

lens fuit, ut videretur penetrare corda  
venientium ad se consilij causa, decla-  
rando eis dubia sua, quae ipsimet expli-  
care non poterant. Nec scitur ullus ab  
eo recessisse, cui satis factum non sit. Et  
proppter hanc intelligentiam, & ma-  
gnam suam doctrinam, ac sapientiam,  
quam DEVS ei dederat, venerunt ad  
eum in suis dubijs, tanquam ad oracu-  
lum, ex omni genere hominum. Eccl.  
siastici & seculares, Nobiles, Dynaste,  
Prelati & Religiosi: quibus omnibus  
dabat consilia, & directionem, magno  
cum zelo, charitate, & satisfactione,  
fructuque animarum suarum.

## IX.

Gratiam habuit à DEO cognoscendi  
cogitationes hominum; quas & mani-  
festavit quibusdam, pro ipsorum bono.  
Prædictum futura, quæ etiam sic eveni-  
re, sicut ipse prædicterat. Habuit mul-  
tas Revelationes à DEO, quarum ali-  
quas sua manu scriptas reliquit, sed  
præ humilitate, absque suo nomine, con-

genitus

e corda  
decla-  
expli-  
llus ab  
sit. Et  
r ma-  
uiam,  
nt ad  
oracu-  
Eccl-  
asta,  
nibus  
agnos-  
tione,  
cendo  
nani-  
bono-  
vene-  
mul-  
ali-  
sed  
con-  
nime  
ius  
ius dixisse, quod eas habuerit aliquis  
societate. Multos alios favores, &  
rationes miraculosas accepit a DEO,  
n sanctos Angelos. Cœpit scribere  
us libros peculiari impulsu, & instin-  
tu divino ad hoc opus eum vocante,  
cum defecissent ei vires ad alia mini-  
straria, e sancto instituto sua Religionis.  
Doctrina horum librorum, & spiritua-  
lis fructus ex eis, in tota Christiani-  
tate, collectus, clare testantur, quo spi-  
ritu scripti sint: quando in omnes ferè  
langas Europeæ translati, extendunt  
omnes Fideles institutionem, & ma-  
gisterium huius sapientis, & religiosi  
viri; qui in illis adhuc laboravit pau-  
choris ante mortem, & dum etiam-  
sum scribebat, petivit ultima Sacra-  
menta, gnarus adesse jam ultimam ho-  
ram vita suæ. Hæc hactenus pius ac  
zelosus ille Prælatus: qui cum ad-  
didisset felicem Ludovici mortem;  
frequentiam eorum, qui ex omni  
ordine, ac natione præcipuorum  
homini-

hominum, illi venerunt exequias,  
communem acclamationem, &  
prædicationem ejus sanctitatis; re-  
velatam hominibus, probatæ vir-  
tutis & exempli, gloriam ejus, &  
honorem, quem inter cœlites ha-  
bet; beneficia divinitùs ad eius in-  
vocationem impetrata; ac denique  
miraculum corporis, posteaquam  
ultra 20. menses ac totidem dies,  
terræ infossum fuerat, ita cœpti  
**corrumphi**, ut sine omnifœtore es-  
set, ac cerebrum integerimum in  
testa; humillima supplicatione  
petit à Summo Pontifice, ut pro  
communi solatio, & ornamento  
Ecclesiæ, ad honorem & gloriam  
Dei, dignetur jubere, ut ritè fiant  
informationes juridicæ.

## X.

Humanis testimonijs accedat  
unum è cœlo. Audierat Marina  
de Escobar, cùm informationes de  
**Ludovico** sumerentur, se quoque  
imod.

*V.*  
equias,  
nem, &  
tatis; re-  
patæ vir-  
eius, &  
elites ha-  
ciusin-  
denique  
eaquam  
em dies,  
tæ cœpti  
etore cl-  
mum in  
carione  
, ut pro-  
iamento  
gloriam  
itè fiant  
accedat  
Marina  
iones de  
quoque  
inten-

*Sensu virorum graviū de Ludovico.* 413  
interrogatum iri, ut ea referret sub  
religione juramenti, quæ norat de  
illo. Anxia super hac re, quod ar-  
cana sua nulli, nisi Confessario de-  
tegere soleret, & nunquam cum  
tremenda divini nominis interpo-  
sitione aliquid edixisset, saepius à  
Deo petivit exitum ejus perplexi-  
tatis. Cùm adfuit illi conspicuus  
S. Franciscus Xaverius, cum Ludo-  
vico, & quatuor Angelis. Stetit Xa-  
verius, Ludovico sedete in solio, &  
intuitus Marinam multa cum signi-  
ficatione amoris, omni dubitatio-  
ne mentis per claræ lucis infusio-  
nem exempta, dixit ei disertis ver-  
bis. *In tuo juramento dicas hac verbas:*  
*Te omnes revelationes & visiones,*  
*quas dixisti, pro certo habere, quod to-*  
*ia sint à Domino nostro, cum approba-*  
*tione Confessorum tuorum;* & quod,  
quando erat occasio loquendi de hoc ve-  
nerabili viro, semper audieris admi-  
rabiles virtutes, & res magna religio-  
nis,

nis, exempli, spiritus & sapientia: & sic  
iriginta circiter annis, quibus egli se de-  
cum eo de gubernatione anima tua, &  
illi confessus, idem fueris expertus  
valde magna charitate, ac zelo juvin-  
di animas, devoutum & sanctum spiri-  
tum, admirabilem & sanctam doctri-  
nam. Ad hæc omnia tacente Ludo-  
vico, dicebat illa intra se; Sanctus Pa-  
ter, Ludovice, cur nihil dicis ad illam,  
quæ audivisti? cui cogitatione Lu-  
dovicus respondit, se contra divinam  
veritatem niti non posse. Subintu-  
lit S. Xaverius, Deum esse summam  
Veritatem, quæ nec fallere potest,  
nec falli. Admirati porrò, cum stan-  
te Apostolo Indianorum sederet Lu-  
dovicus, dixit Xaverius; scias apud  
Beatos magistris sacræ Theologiae  
institutis & illustratis à Spiritu sa-  
cra, qualis Pater hic fuit, sua quoque  
esse insignia, & notas magisterii sunt  
& quod scripsit hic sanctus Pater  
inspiratus à Spiritu sancto scripsisse  
& ha-

V.  
Sensus virorum graviū de Lüdōvico. 415  
pietatis & sic omnibus Christianis tradidis-  
tibus eis se doctrinam perfectionis. Postea,  
cum docuissent eam, quanto in-  
xpertatum honore oporteat habere Magistros.  
ac ministros doctrinæ cœlestis, &  
alia quædam privatim ad Marinam  
spectantia, desierunt videri.

Hæc de venerabili viro, Ludo-  
vico de Ponte, ex ejus vita, per  
R. P. Franciscum Cachupinum,  
Societatis nostræ Theologum, &  
Qualificatorem sancti Officij, fusè  
ac diligentissimè Castellano Idio-  
mate, summa cum fide, tam ex  
proprijs Lüdovici manu scriptis,  
quam ex juratis informationibus  
cōposita, placuit excerpere; quod  
& sufficere ad cognitionem illu-  
strium rerum, ac virtutum illius  
existimarem, & Lectori, brevitatis  
amanti, ad aliquem animi sui fflu-  
ctum inde collendum. Nos etsi  
profitemur Beatorum & Sancto-  
rum honores illi arrogare nos-  
velle, cum id judicium solius sit  
Sedis

416 Monita quadam P. Ludovici,

Sedis Apostolicæ: audemus tamen  
eam beatitudinem illi, adhuc in  
terra degenti, afferere, quam S.  
Ambrosius constituit in altitudine  
sapientie, suavitate conscientia, &  
sublimitate virtutis: quæ omnia  
fuerunt in eo luculentissima.

---

MONITA QUÆDAM, ET  
SENTENTIÆ EX MEDITATIONE COLLECTÆ AB  
LUDOVICO, ET AB  
eodem annotata;

**F**Ac pro Deo, quod potes; &  
Deus faciet pro te, quod tu  
non potes.

2. Bene fac parva; & Deus te  
juvabit, ut possis majora.

3. Ne differas bona tua proprie-  
tatis: quia si jam non facis, quod tenebis  
potes, quotidie poteris minus.

4. Accipe dulcia huius vita-  
maris, amara producibus, &  
bebis pacem.

5. Habeas tu curam D E I , &  
thuc in Deus habebit curam tui.  
6. Esto liberalis erga alios , &  
Deus erit erga te.  
7. Da, quod à te petunt; & Deus  
dabit tibi, quod tu petis.  
8. Si desideras implere volun-  
tatem D E I , quare fallis obedientiam,  
properando ad alia, cùm jam  
habeas quod desideras?  
9. Si turbaris interius in eo, quod  
facis; signum est, quod in eo qua-  
ras aliquid proprium.  
10. In me nihil , in D E O o-  
mnia .  
11. Ego sum, qui non sum: Deus  
est, qui est.  
12. Verus amor D E I mayult  
hic pati, quam gaudere ; biber  
calicem amaritudinis, quam dul-  
cis, quod tedinis.  
13. Verus amor D E I magis que-  
rit gloriam D E I , quam propriam.  
14. Verus amor mayult dare,

DD      quam

418 *Monita quadam P. Ludovici.*

quām accipere; & si desideret accipere, dandi causā desiderat. nihil ali

13. *Verus amor mavult amare.* 22.

quām cognoscere: pluris estimantem ab obedientiam, quām scientiam. id aliu

16. *Cura facere omnia, & solum quæ Deus vult:* & sic eius voluntatem impleveris. 23.

17. *Cura facere voluntatem Dei promptè, ac purè,* quia ipius voluntas est, & ut ei placeat: & sic feceris illam in terra, sicut in cœlo fuit. 24.

18. *Tantum amas Deum, quantum abhorres te ipsum.* 25.

19. *Illi se verè abhorret, qui fugit honores & voluptates, quaerit verò contemptum ac dolorem.* 26.

20. *Elige pro socijs vita pertatem, contemptum ac dolorem:* quia hos etiam sibi comis Christus Dominus noster elegit. 27.

21. *Quantuscunque habeas occupationes, cura eas obire cunctas.* 28.

eret accedita pace, & quiete interna, ac si  
rat. nihil aliud esset agendum.

Ita amare 22. Reprime anxiam cupiditas  
estimatum absolvendi opus, ut transcas-  
tiam. id aliud; nisi velis male peractum.  
& soli 23. Magis cura in tuis officijs,  
as volun- quid te oporteat facere, quam quid  
gratiae & mercedis possis pro illis  
ntatem recipere;

nia ipsius 24. Anxia cura favorum, acci-  
at: & be- piendorum à Deo, facit ineptum  
t in cœlo id illos accipiendos; quia indicium  
M, quan- est exiguæ humilitatis, & intentio-  
ret, qui nis non puræ; & insuper inducit  
es, que- temorem in agendo, dum est magis  
dolores intentus quid recipiat, quam quid,  
comites & quomodo agat.

25. Verè humilis judicat se in-  
dignum omnibus bonis, dignum  
verò malis omnibus: indignum  
præmio, dignum pœnâ.

26. Si verè sentires, te prome-  
titum pœnas inferni, non quere-  
ris de malis, quæ habes, nec de  
DD 2 bonis,

420 Monta quædam P. Endovici  
bonis, quæ non habes.

27. Quid Devs tibi debet, vel vanè, &  
quid pro illo fecisti, ut queraris eum  
tibi non dare, quod cupis? propter

28. Si vis continuò meminisse minore  
Dei, cura tuimet oblivisci.

29. Recordabitur tui Devs, si per qua  
tui tu obtiviscaris.

30. Mei oblivisci, est oblivisci humilit  
mei honoris, voluptatum, sanitatis,  
vitæ, consolationum etiam spi  
ritualium, & quidquid meam in  
rem est, nisi quantum Devs me  
vult meminisse, præter obsequia  
sua, & majorem gloriam.

31. Plus cura mortificationem,  
quam contemplationem: quia im  
mortificatus querit orationem,  
sed non invenit: mortificatum au  
tem ipsa oratio querit, & invenit.

32. Experienciam novi, timorēt  
infantum esse poenam superbo  
rum.

33. Justitiæ divinæ est, ut quæ  
vanè,

vane, & sine causa gloriatur, etiam  
et, vel vane, & sine causa timeat.

risum 34. Propinquus est malo, qui  
propter ignoriam contentus est  
minisse minore bono.

35. Procul à malo est, qui sem-  
EVs, si ter querit majus bonum.

olivisci 36. Devs illi se manifestat, qui  
humiliter seipsum abscondit.

sanita 37. Devs illi se abscondit, qui  
am spi- vanè seipsum ostentat.

m in- 38. Lingua terræ est, loqui bene  
s me de se, male de alijs, nunquam de  
r quia Deo.

onem, 39. Lingua cœlestis est, loqui  
quia im- male de se, bene de alijs, semper  
de Deo, vel pro Deo.

iem, 40. Relinque literam imperfe-  
cūm Devs te vocat: quia plus  
valet res bene cœpta, quam male  
finita.

erbo- 41. Tunc Devs te ordinat, cūm  
at qui obedientia tuas cogitationes dis-  
vanè, turbat.

42. Summa miseria abundare  
conceptibus, egere affectibus; di-  
vitem esse veritatum, egenum vir-  
tutum.

43. Homile, dispone domitu;  
cras fortè morieris.

44. Simulacrum divinitatis est  
facere bonum sine turbatione;  
cum amore, sine quæstu; cum ma-  
gnanimitate, sine præsumptione.

45. Villice iniquitatis, vide,  
quid agas; cras fortè redde rationem villicationis tuæ.

---

*EPISTOLÆ QUÆDAM*  
*P. LUDOVICI AD*  
*DIVERSOS.*

**EPISTOLA PRIMA AD**  
**MATREM.**

*HORTATVR AD PATIENTIAM*  
*MORBORVM.*

**Q**uæs proximè ad te scripsi.  
Domina, eæ valetudinem  
meam nunciabant, quâ tunc uter  
bat

ndare ut commoda: Neque modò utor  
us; di- dissimili, nisi quòd infestus ille hu-  
um vir- mor, velut ex insidijs mecum agat,  
mitus, neque cogitantem subinde ag-  
gediens, fiat eò mihi molestior,  
quòd non contentus pedes tor-  
quere & brachia, aliquandiu ocu-  
los etiam, & ossa faciei sic affixerit,  
ut gravioris mali periculū putem  
non deesse, si pergit porrò sevire.  
Sed quemadmodum hæc omnia  
benignissima Dei nostri, & sapien-  
tissima voluntate sic ordinata sunt,  
quasi totidē salutis meæ, & divinæ  
laudis suæ instrumenta; ità lubens  
amplector omnia, mente pro eo,  
scilicet gratissimâ, quòd aliquam  
mei memoriâ habere, & ex Calice  
suo, quantumvis pro mearum vi-  
rium tenuitate, parùm, non tamen  
omnino nihil, propinare dignetur.  
Atque utinam haurire liceret li-  
beraliùs, si ita saluti meæ, & ad di-  
vinæ gloriæ majus incrementum

DD 4 exp-

424                   *Epistola quædam*  
expediat! Neque enim intelligo,  
quid jucundius, pleniusque solani  
accidere possit homini, qui se Deo  
unicè devotum cupit, quam ei  
haurire integerimè divinæ volu-  
tatis imperia, eaque in primis, que  
delicato carnis sensui molesta  
sunt.

II.

Equidem, si licet explicare, quod  
sentio, non raro felicitatem illis  
suam invideo, quibus pro Deo, &  
ex imperio Dei pati contigit, me-  
mor illius, quod querenti de cala-  
mitatibus suis alicui Servator no-  
ster objecit: *Si pati non esset melius  
non id elegissim pro me.* Et sanè quis  
non illis invideat, qui cùm boni  
sint, affliguntur tamen, quando  
ærumnae, quibus cruciantur, tota-  
dem sunt ad cœlum aditus, divini  
amoris pignora, insignia filiorum  
Dei, arrhæ animarum, quas ad fe-  
licissimas cum Agno nuptias ele-

ntelligo, &c. Si JESVM Servatorem meū  
ue solati intuear, continua misericordia  
ni se Deo seriem, coepitam cum vita exordio,  
uām et non nisi cum vita finiri video. San-  
æ volu- fissimam eius Matrem, mare  
mis, qui quoddam amaritudinum, & trans-  
molesta fixam doloris gladio memini. Apo-  
tolos quod genus calamitatum  
non exercuit? Et quæ Martyribus  
are, quod vitam abruperunt ærumnæ? cum  
rem illis Confessores, quamdiu vita te-  
DEO, & puit, conflictati sunt. Quid multis?  
igit, me idem fuit Sanctis vivere & pati;  
de cal- peque alio ad felicitatem tramite  
ator no concessum est pergere, quam illo,  
et melius quem in amara dolorum exasper-  
sanè quis- tant. Quem non juvet igitur, ijs  
um boni tantisper miseriarii beneficio fieri  
quando similem, quos veneratur, adorat,  
ur, toti- ter felices, tērque beatos prædicat?  
us, divini Quem non sancta quædam tangat  
liorum emylatio, si, quos obsitos videt  
as ad fe omni ærumnarum genere, eosdem  
tias cle idcirco pignus habere certissimum  
git.

D D S æter-

## III.

Hæc ferè sensa sunt, quibus, la-  
giente Deo, non dolores tantum  
meos utcunque sopio, sed illum  
etiam mærorem satis idoneè tem-  
peravi, quem concipere ex dolori,  
& ægritudinum tuarum tristissimi  
narratione potui, quibus afflige,  
vel si placeat rectius loqui, honora-  
ri à divina Majestate intelligo Co-  
patior, ut filium decet, maternis  
doloribus; at enim, neque id infi-  
cior, gratum mihi accidere, quod  
Deus illam diligit ut filiam, quam  
ego honoro ut matrem: & quam  
immortalibus aliquando bonis or-  
natam visuram me spero in patria,  
sicut eandem colluctantem modo  
cum morbis, & doloribus, intuen-  
cogor in exilio. Et proinde plus ad  
erigendum animum spes tantorum  
bonorum valet, quam sensus cor-  
poralis mali possit ad deiiciendum

Mali

Mali, inquam, tantilli: Esto enim  
acerba sint, & gravia, quæ patimur,  
tantilla tamen sunt, si cum bono-  
rum, quæ speramus, & quæ Deus  
ed illum, etiam hac in vita largiri solet recte  
neè temere patientibus, magnitudine compa-  
x dolorum tentur.

I V.

Quapropter tu te ipsam solare,  
suavissimâ Dei nostri memoriâ,  
mentem identidem ergens, qui si  
dolorum intemperie oculos eri-  
puerit corpori, novos huiuscet ja-  
nus beneficio menti aperiet; &  
sensus ille, quo res has caducas,  
& aspectabiles intuemur, obscura-  
bitur, serenabitur hac eclypsi ani-  
mus, ad increas lucis usum, & ea-  
rum rerum aspectum, quæ illustrio-  
res sunt, quam ut mortalibus ocu-  
lis possint aspici. Sed neque suos  
etiam corpus perdet oculos, quos,  
in communi hominum anastasi,  
serenissimos aliquando recipiet.

Totam

Mali

Totam ergo benignissimi Patris  
nostris te permitte manibus; ratum  
quidquid circa te decreverit, habe  
offer promptum, si quas immitt  
re placuerit, ærumnis animum: de  
lectatur enim ejusmodi voluntate,  
ut qui maximè: & si quos inflixerit  
dolores, eos dono temperat inæst  
mabili; magno nimirum animo, &  
invicta inter ærumnas animi liber  
tate. Documento horum omnium  
S. Tobias esto, qui quòd alacriani  
mo cœcitatis excepisset incom  
moda, quibus periclitari Deus vo  
luit capitis sibi charissimi constan  
tiā, non oculorum duntaxat re  
cepit usum, sed ingētis pretij bona  
quædam alia, velut auctarium ac  
cepit. Ceterūm devotum officij  
tuis Ludovicum scito, si quid ad  
recuperandam tibi sanitatem Sa  
crificia mea, orationes, corporis  
afflictiones videbuntur valere; qui  
bus conciliata tibi divina Majestas  
animi

animi invictam patientiam, & voluntatis tuæ, cum æterna mente conformandæ, tantum inspirare dignetur studium, ut nulli in terris bono non prehabeas, idem velle cum D<sup>e</sup>O, idem nolle. Ad alia me offerre supersedeo, ne actum vi-dear agere; cùm eos ad te ventutos audiam, quorum presentia inutili, certè non necessariam arguet operam meā. Sunt ij P. F. Andréas de Ponte, & P F. Joannis: quorum utrique, ut & Sorori multum me commendo: clientas tuas impensè logo, quæsoque, ut filiarum in vicem tibi serviant, quando tu eas, ut mater eduxisti. Dominus te sole-tur, & servet. Salmanticæ

24. Aprilis Anno

1590.



EPISTO-

## EPISTOLA II.

AD DOMINAM FRANCISCAM  
DE LVNA.HORTATUR AD PATIEN-  
TIAM, SPE PRÆMIORVM  
IN COELO:

**O** Vita nostra, verè mortalis;  
O longa mors! quam acerba  
viventi, quam jucunda, cum finie-  
ris, expiranti! quam plena malo-  
rum omnium, congerie? quam ab  
omni beatitatis specie destituta.  
Ut etudiat tandem tot calamiti-  
tum experientia indociles animos,  
& ad vitam illam immortalem a-  
spirare doceat, tam plenam bono-  
rum, quam hæc nostra malis abun-  
dat; tam malorum expertem, quam  
hæc nostra bonorum est vacua.  
Idcirco tecum statue, exerceri te  
à DEO, cum spem tibi omnem hu-  
mani solatij adimit; ut, cum non  
inveneris inter caduca, ubi pedes

aff-

ffectuum tuorum ponere possis,  
cogaris cum Columba ad arcā re-  
verti; suspirare patriam, deploare  
mala exilij, & ut hinc libereris, vo-  
nis omnibus flagitare: eo verò stu-  
dio ornare te interim, ut cùm pa-  
ratam D E V S intelleixerit, suavissi-  
mis illis verbis te vocet: *Surge, pro-  
tra, amica mea, columba mea: jam  
hyems transiit, imber abiit & recessit:*  
*En finem denique laborum, en quæ  
bos excipit coronam, debitam tot  
veritis, emptam pretio tam infra-  
re constantiae.* Tum enim verò  
audabis ductoris tui sapientiam,  
nec horribis amplius, sed gratula-  
beris tibi, fuisse iter tibi constitum  
tot spinis & sentibus. Quin adeò,  
quis ibi dolori locus esset, hoc  
unum doleres, credo, non plura-  
pertulisse; nō optasse saltem plura,  
quæ tolerares. Illa tandem hora est  
levorum DEI, in qua evanescet,  
quidquid fallaciarum struit caro.

Tu,

Tu, dum torqueris modò, præmitte in ultimum tuum vitæ tuæ tempus animum, & ad ea jam sustinenda, agendaque te anima, quæ tunc egisse, quæ pertulisse jucundum erit. Cogita, si dies hæc suprema esset vitæ tuæ, quâ voluntatis promptitudine, quâ alacritate patereris, spe sequunturi paulo post præmij animata. Age vero jam, quod egisse tum juvabit. Jacienda fementis est cum lachrymis, si sperari latamessis vult. Neque diffidendum differenti solatia sua Deo, qui, quæ negat in hac vita, in futura cum fœnore restituit. Cave perdas modò, quod tot annorum constanti labore collegisti: forsitan ultimum hoc ad meritorum tuorum augmenta momentum est, cui porrò simile non succedet aliud. Breve nimium tempus est, neque dies clabitur ulla, quâ nos ad rationem citandos non putemus: certè in foribus

orēmit. Iribus Judex est, cui, ut exactam  
æ tem- possis reddere, omni ope eniten-  
astinen- tū est, per sacras exhomologeses,  
æ tunc communiones, Missæ sacrificia, li-  
ndum- vorum piorum lectiones, & ma-  
uprema- nūm etiam labore aliquem:  
s prom- quia exercitiorum varietate tem-  
tereris, eratur roedium, vita cum fructu,  
proemij & spe secuturæ melioris decurri-  
od egis- ur. Dum verò ità pro immortalis-  
mentis bus proemij sociato labore fati-  
ri lata- gamur, conjungamus preces quo-  
ndum que, quibus utrinque illud à DEO  
qui, qua- impetremus, ut mutuo in Patria-  
a cum- spectu, immunes malis omnibus,  
das mo- bonis autem divites æternis recre-  
onstanti emur. Amen. Vallisoleti

II. Junij Anno 1591.

•SS•



E E EPI-

## EPISTOLA III.

AD QVENDAM AF-  
FLICTVM.HORTATUR AD OBEDI-  
ENTIAM, EXEMPLO  
CHISTI.

**G**ratia & amor æternus Dei  
Dominii nostri sit cum anima  
tua, novumq; illi immittat robur,  
& spiritum, quo animatus sanctissimam ejus voluntatem implere  
velis in omnibus. O si thesauros  
illos daretur intueri, quos in obe-  
dientiæ, sibi, ministriisque suis, pietate  
præmium largitur remunera-  
tor Dei, nihil dubito, quin neque  
bonorum sit aliquid, quod ijs pre-  
ponatur; neque malorum, quod à  
tanti boni prosecutio possit ab-  
sterrere. Subeat animum tantisper  
salutaris Servatoris nostri memo-  
ria, qui cùm in horto Gethsemani  
solus, & lethali obrutus tristitia,

cūm

I. nūm imminentium rerum terri-  
A F. bili metu, ad sanguinis usque sudore-  
B E D I. em, prodigiosum luctaretur, nulla  
L o amen ullius tœdij, horrorisque  
us Del tanta fuit vi<sup>s</sup>, quæ in implenda in-  
anima regerrimè Patris æterni voluntate  
t robust, anguere faceret Filium; quin cor-  
sanctis datè in medio dolorum suorum  
nplere istu clamaret: *Pater, non mea vo-*  
esauros *luntas fiat, sed tua.* O vocem! di-  
in obe- goam illo, qui vivum exemplar  
uis, p<sup>r</sup>e- obedientium, & unicum afflitorū  
unera- robur esset. Acceptavit hâc quasi  
in neq; fœderis formulâ mansuetissimus  
ijs prez- Agnus, quidquid dolorum, timo-  
quod a- riū; tunc obversabatur animo,  
ossit ab- factâ sui integerimâ oblatione, ad  
antisper omne tormentorum, quæ mane-  
memo, bant innocentem, genus. Accepta-  
semani- vit vincula, flagella, spinas, fel, ace-  
ristitia, rum, crucem: sed & confundit ihsu-  
cūm verbis mei, tuique animi te-  
rōrem; inflammátque ad hautien-  
um viriliter, quidquid ex hoc ca-

E E 2 lice

lice bibendum nobis apposuerit,  
neque recusandum quidquid vel  
ipse, vel vicaria ministrorum ejus  
potestas imperaverit.

Sanè si innocentissimus Serva-  
tor noster, obtemperandi æterno  
Patri suo studio, impijssimis justitiæ  
ministris lictoribus, sententijs con-  
tra se innocentem ab iniquissimis  
judicibus injustè pronunciatis, sub-  
mittere tamen se non dubitavit;  
quis horrebit, Servatoris sui amo-  
re, subesse ministru Dæi imperanti,  
quæ divinæ Majestati sunt placita,  
ut ut alioquin imprudenti, moto-  
so, imperioso, &c. Pudeat tam pa-  
cæ, cum debeamus maximam, erga  
divinam Majestatem reverentia;  
pudeat modicæ nimis fidei, pudentia  
inconstantia, in exequendis, qua  
semel bene dectevimus: & eorum  
iteratâ repetitione novi sumantur  
spiritus. Quòd si enim ab hac aree  
deturbari te sinas, perdes quidquid

longa

longâ collectum est operâ, & tristis  
tibi jactura, inimico lætitia faciet.  
Quid, quod hæc etiam cogitatio  
firmare in bene cœptis debet:  
quòd ignotum nobis sit, quæ dies  
illucescat ultima. Quid si hæc qua-  
dragesima suprema sit? Tum si co-  
ram liceret experiori, quæ in pur-  
gantibus flāmis tepidos exceptura  
sunt tormenta, mille dubio procul  
annos eligeres per ea, quæ modò  
affligūt, adversa exigere, quām uni-  
cum in terribili illa flamma h̄erere.  
Denique magnum mihi ad ardua  
lobur addidit hæc cogitatio. Da-  
mnatus sum, vi modò contra me  
pronunciatae divinæ sententiæ, ad  
purgantium flammarum suppliciū,  
idque pro meritis meis paulò pōst,  
exactâ hâc vitâ, irrogandum. Porrò  
pauculis, qui viventi superant die-  
bus, si quæ adversa imminent, lu-  
bens amplectar, & feram: itâ enim  
expungi potest debitum, ut omni

EE 3 memet

*Epistola quedam  
memet supplicio penitus absolvam. Perpende, si placet, ista, & legge ex libello de Contemptu mundi cap. 14. 20. & 34. méque Deo commendata: ille lux tua sit, & robur tuum. Amen.*

*Villagarcia 10. Febr. 1594.*

#### PISTOLA IV.

#### ALTERI CVIDAM. PRECATVR LÆTA FFSTA PENTECOSTES.

**D**ignetur eam tibi Deus per hæc festa S. Spiritus, animi sanctè gestientis letitiam indulgere, quantum ego tibi pro meo intento, tuaque studio impensè precor. Hoc tibi velim exploratum persuasumque habeas, me neq; sanguinac vitæ parciturum meæ, si nolle alio tibi pretio comparari Deus, quæ modò ex animo precatus sum. Et sanè quid magni darem tandem postquam Dominus, & Servator noster,

us absolu-  
noster; ità Sanguinis sui inestima-  
ble pretium obtulit, pro univer-  
sitate munis, ut neque pro singulis dare re-  
que Deo  
cusasset.

Cæterum memini ternas me tibi  
misisse, quas vèlim relegas, & otio-  
sius non nihil inspicio, accura-  
tè perpendas earum singula; neque  
enim prolixiores scribere vacat  
modò. Has tamen expedire placuit  
animi mei testes, quod spirituali  
calamitatum tuarum memoria  
non dum defluxerit: ijs porrò me-  
deri placeat ei, qui, ut immisit illas  
in tuum commodum Deus, ità so-  
lus potest avocare. Versor in Pala-  
cio Ducissæ de Ozuna, cum amplis  
lima, quam impetravit facultate,  
me quamdiu placuerit, secum reti-  
nendi: ut adeò quando discedere  
possim, planè ignorè. Valeo com-  
modè. Scio tempus mutationum  
apud nos consuetarum jam esse:  
tāqué re nescio, in Valligaciensi

EE 4 statio-

statione m̄ea, vel quonam alioin, huic  
officio sim futurus. Vtinam illud  
obtingat, quod divinis obsequijs  
magis erit idoneum; id, quod mihi,  
tibique unicè precor. Cuellariz  
21. Jun. 1549.

### EPISTOLA V.

*AD DOMINAM FRANCISCAM  
VELEZ DE LA PENNA.*

### DE SIGNIS PERFECTI AMORIS DEI.

**G** Ratia & amor DEI nostri sit  
semper in anima tua, & habi-  
tet in ea Devs placidissimè, velut  
in Domo sua, occupans memo-  
riam sanctis cogitationibus, intel-  
lectum divinâ luce collustrans, in-  
flammans denique voluntatem  
cœlestium desideriorum incendio:  
ut jám neque intelligere aliud al-  
lubescat, aut desiderare, pr̄ter unū  
illum optimum maximum, Domi-  
num, & Patrem nostrum, & ea, que  
huic

hic grata, acceptaque sunt. Et quoniam triplex est integrè aman-  
tis officium, *Orare scilicet, Agere, &*  
*Pati*, ita velim hæc tria cures, ut  
satisfacias æterno Amatori tuo; di-  
gnissimo, quem infinitis, si in po-  
testate nostra essent, amoribus  
complectare.

Primum igitur magni amoris ar-  
gumentum est, nunquam non pre-  
sentem tibi statuere Deum tuum,  
cumque variatis affectibus, modò  
alloqui, modò gaudere & gratulari,  
quod sit, qui est; jam gratias agere  
pro acceptis, jam novos favores  
petere, quibus adjuta vehementius  
diligas; mox detestari amoris tui  
inconstantiam; dolere deinde,  
quod non magis à quam plurimis  
ametur; desiderare denique, ut pro  
meritis ametur, colatur, adoretur  
ab omnibus. Et hoc ego voco, *ora-*  
*re, & mentem ad Deum elevatam*  
habere.

EE 5 Alte-

Alterum sincerè diligentis signū  
est, promptè, & cum suavi quadam  
animi alacritate exequi præcipien-  
tis imperia, neque iota legis ullum,  
aut ullum apicem negligēdo. Non  
autem subjectione præceptis debi-  
ta contentum esse, sed eò exten-  
dere obtemperandi studia, ut con-  
silia quoque sequaris; neque illa  
curare solum, quæ bona sunt, sed  
ea quoque æmulari, quæ cùm supra  
simplicis boni rationem assurgant;  
Deo gratiora, & ad divinæ gloria  
augmentum amplius aptiora sunt.  
Enī alterum amantis argumentū,  
quod in *agendo constitutum* dixi,

Postremum, & utroque priore  
recensito manifestius, est jucunda  
animi libertas & letitia, in quo  
cunque calamitatum genere, sive  
fortunæ facultates, sive honorem,  
sive valetudinem demum offendit  
permittat Deus, ita obfirmato ad  
patiendum animo, ut neque ami-

corum

corum aut familiarium, neque hominum, aut exterorum turbare possint obtristationes & calumniæ. Sunt enim hæ Martyrium secretū, occultis quibusdam tormentis & supplicijs acerbum : sunt lentum & diuturnum testimonium divini amoris; cuius vehementiam, tantum abest, ut imminuat hæc afflictionum tempestas, ut novis illam potius ardoribus augeat.

Si qua ergo tibi amoris absolu-  
tissimi cura est, in his tribus te exer-  
ce: habes enim sufficentes occa-  
siones ad omnia. Profuerit etiam  
confiteri Patri Siguenza. Expe-  
ctandum tamen, dum cum illo  
tractare sit opportunum ; erit au-  
tem, Deo dante, ut primum te  
convenerit. Commenda me Deo  
Domino nostro, & vehementer,  
quidem, pro indigentia mea  
magnitudine. Oveti 7.

Martij 1597.

EPI.

## EPISTOLA VI.

FRANCISCAE DE PENNA  
AD P. LUDOVICVM RESPON-  
SVM AD PRIORES  
LITTERAS.

Dignetur servare Dominus  
noster illam Spiritus sui præ-  
sentiam, quam pro immensa boni-  
tate indulxit Paternitati vestræ, per-  
gatque cumulare quotidianis ac-  
cessibus divinæ gratiæ suæ thesa-  
ros. Apparet, mi Pater, habitare  
Dominum in anima Paternitatis  
vestræ. Argumenti instar sunt mihi  
tot verba, zelo divinæ gloriæ ani-  
mata, & doctrina tā salutaris animæ  
meæ. Quid enim benedictionum  
illa non comprehendit, quibus  
prævenire me dignatur Paternitas  
vestra, & parare ac instruere, quo  
studio Domini nostri, & Paternita-  
tis vestræ magisterio, subesse me  
oporteat. Faxit ille, qui desideri-  
um serviendi ipsi animo injeciu-

meo.

meo, ut tales me geram, qualem  
sanctissima ejus voluntas exigit.  
Accepi litteras paternitatis vestræ  
feria secunda Paschatis, tanto cum  
gaudio, quantum est robur illud &  
studium, quod indulgeri à D E O  
mihi flagito, ad ea, quæ per illas do-  
ceor, exequenda: in quibus omni-  
no rebus, quantum capio, summa-  
omnis perfectionis versatur. Ita e-  
nim sanctè affirmo, quòd post le-  
ctos, qui hac de re agunt libros, o-  
mnino aliquot, tārum lucis tamen  
nunquā obtinuisse, ad manifestè  
sat's intelligendum, quānam in re  
constituta sit vitæ nostræ perfectio,  
quantum obtinui perlectis Pater-  
nitatis vestræ monitis, tria illa iden-  
tidem commendantis, orandum  
esse, sincerè diligentibus, agendum,  
patiendum. Laus sit Domino, &  
Servatori nostro, ad cuius gloriam  
statutum mihi est summâ, quâ lice-  
bit, curâ & studio, in hoc perfectio-  
nis

nis meæ negotiorum incumbere.  
Hoc agam deinceps; hic unus le-  
genti & meditanti labor erit; colli-  
gere mentem, & à rebus omnibus  
abstractam, soli Dœo, pro eo, ac il-  
lam desiderat, dedicare. O quando  
hèc obtinget mihi tādem felicitas!  
quid si cras fortassis? ecce non  
hodie! adjuvet me Paternitas ve-  
stra precibus, & doctrina sua: ita  
discipulæ instructio & profectus  
in magistri laudes redundabit: con-  
fecta jam est viæ pars, non omnia  
nulla: neque enim crucis desunt;  
quæ pro fundamento superstruen-  
dæ molis serviant: quæ etsi utrum-  
que videri possint leves, habent ta-  
men nescio quid occulti ponde-  
ris, suffectorum ad mille fortassis  
humerorum impatientiam. Ita  
novit addere, vel imminuere pon-  
dus, qui eas fabricat, magnus ille,  
& potentissimus Opifex. Grates illi  
sint, & immortalis gloria, qui cùm  
affigit

affigit nos, non obliviscitur indul-  
gentię, ita viribus nostris accom-  
modans pondera, ut nunquam ju-  
sto graviora sint. Laudetur Deus  
& amantissimus Pater: amemus  
illum ex toto corde nostro. O Rex  
meus, & omne bonum meum,  
quis amare te poterit amore infi-  
nito? Nunquid ille, qui, quidquid  
in facultatibus suis habet uspiam,  
tibi addicit, tibi consecrat integer.  
timè? Hactenus illa.

EPISTOLA VII.

AD P. RODERICVM  
DE CABREDO.

GRATULATUR EI PRO-  
FECTIONEM INDICAM, ONVS-  
QUE REGENDI.

*Pax Christi.*

Dominice amante de Reverentia  
Vestræ in remotissimas oras  
descessa, an potius invideam præ-  
claras adeò Divinæ gloriæ promo-  
vendæ

venda occasione oblatas, nescio,  
Doleo & invideo. Doleo quidem,  
quia non potest non gravis mihi  
accidere Reverentiæ vestræ ab-  
sentia, damnumque inde Provin-  
ciæ nostræ illatum: sacrâ tamen  
etiam invidiâ in illos feror, quoru  
operâ Devs ad res maximè arduas  
uti dignatur. Gaudeo vero Reve-  
rentiæ vestræ quoque felicem adeò  
fortem obtigisse, Numinisque bo-  
nitatem ob beneficia, quibus Revi-  
vestram cumulavit hactenus, &  
etiamnum cumulat, singulariter  
commendo. Quamvis autem nec  
invideam, neq; desiderem regendi  
munus Rev: Vestræ commissum,  
virtutem tamen, quâ Devs Rev:  
Vestrā exornavit, ardenter desi-  
dero. Macte animo, mi Pater: ille,  
qui ipsam huic expeditioni ac mu-  
neri destinavit, pro infinita sua bo-  
nitate, potentia ac sapientia novit,  
potest ac vult necessarias, ad cœpta  
felici-

, nescio; feliciter perficienda, vires imper-  
quidem, dñe. Nolit, obsecro, illud Moysis  
vis mihi ingeminare: *Non possum solus susti-*  
*træ ab.* *ure omnem hunc populum, ne gratia*  
*Provin-* *fibi collata, & deinceps conferen-*  
*tamen.* *da, cuius ope pondus omne facilè*  
*, quoru* *sustinere valeat, auferatur ab ea: si*  
*è arduas* *in Dœ, ut par est, confidat, tantum*  
*ò Reve-* *poterit, quātum Dœvs; nihil enim,*  
*em adeò* *Judicio S. Bernardi, Omnipotentiam*  
*que bo-* *Verbi clariorem reddit, quam quod o-*  
*us Rev-* *unipotentes facit omnes, qui in se spe-*  
*nus, &* *rant.*

Gaudebo etiam, si occasio Rev:  
Vestram alloquendi se obtulerit;  
quod futurum spero, quando Rev:  
Vestra Salmanticam venerit, ut  
postremum suis fratribus vale di-  
cat. Quod si tamen secùs evenire  
contingat, Divine acquiescamus  
voluntati, in qua adimplendâ bea-  
tæ vitæ & felicitatis nostræ cardo  
versatur; quam, Deo juvante, ubi  
consequemur, mutuo aspectu, col-  
felici-

Fr loquio

450      Epistola quedam

loquio, & cōsortio æternū frue-  
mur. Precibus interea, mi Pater,  
nos invicem juvemus. Ego meas,  
si quid valent, Rev: Vestræ, ultro  
offerò, suppléxque rogo, ut suarū  
vicissim me participem velit effi-  
cere, ut salvi ambo, apta ad salutem  
plurimorum Dei instrumenta effi-  
ciamur. DEVS Rev: Vestrā servet  
incolumem. Amen. Salmanticæ,  
21. Maij Anno 1598.

### EPISTOLA VIII.

*AD QUANDAM MA-  
TRONAM.*

DE AFFLICTIONIBUS ANI-  
MI, ET SOLATIIS.

**G** Ratia & amor æternus Dei  
Domini nostri semper cordi  
tuo inhæreat. Litteræ, quas Domi-  
natio tua ad me dedit, in duas dis-  
tinctæ sunt partes, quarum prior  
afflictiones animi, altera memorat  
solatia, quibus abundat; quamvis  
et illas

& illas potuisset his accensere, si  
Apostolicum Pauli spiritum imbi-  
bisset, quo dicit: *Absit mihi gloriari,*  
*nisi in cruce Domini nostri JESU*  
*Christi, per quem mihi mundus cruci-*  
*fixus est, & ego mundo.* Diversis  
cor meum æstuat desiderijs, si cru-  
ciatus animi, quibus Dominatio  
tua vexatur, perpenda, nec satiis ea  
inter se valeo conciliare; cuperem  
enim, ne unquam internâ cruce  
destitueretur, cui affixa viveret, &  
moreretur: atque illa quidem, quâ  
modo cruciatur, satisfacit huic  
meo desiderio: optarem tamen  
insuper Dominationem tuam tan-  
tum apud DEVUM posse, ut absolvat  
mutationem ejus, à quo cruciaris.  
Cociliet mea hæc vota ille, qui pos-  
test omnia, præsentique ærumnæ  
graviorem adjungat. Parùm sanè  
apud DEVUM potes, si non utrum-  
que ab illo obtineas. Instet ergo  
Dominario tua, gemat, clamet,  
FF z oret,

oret, precibusque spontaneas cor-  
poris macerationes adjungat, ut  
illarum efficacia permotus Deus,  
pijs annuat votis.

Dices, miraculo opus esse, ut  
hæc mea desideria inter se conci-  
lientur: sed respondeo, miraculum  
hoc posse peti à Deo, quia non est  
curiositatis, sed necessitatis mira-  
culum; ut quos in terra Deus con-  
junxit, in cœlo etiam conjunga,  
ubi nulla erit voluntatum, deside-  
riorumque dissensio. Interim est  
cur gaudium, & dolorem tibi cru-  
ciatus hi pariant, idque diversis ex  
causis. Gaudendum tibi est, quia tu  
illis affligeris; Dolendum, quia ali-  
orum mala sunt, quæ te affligunt  
non levis enim dolor est, zelus di-  
vinæ gloriæ, & salutis animarum,  
qui cordis intima peredere solet, ac  
torquere. Quia verò proximorum  
salutem sacris cōcionibus promo-  
vere non vales, crebro pro illis!

Deum

Deum precare, & sanguinis loco,  
quem Dilecti tui amore ardes pro-  
fundere, coram illo cor effundere;  
obtestans, ut illud Filij sui honori  
totum impendat, eorumque men-  
tes illustret, qui ipsum non nove-  
runt, & propterea non reverentur  
& amant, sicut oportet.

Ad alterum jam epistolæ tuæ  
caput progredior. Utinam illa, quæ  
solatia, divinasque misericordias  
appellas, talia re vera sint. Tu is cer-  
tè meritis ea nequaquam debetur,  
idque si minus agnoscas, non Dei  
favores, sed castigationes esse exi-  
stima. Credo equidem solatia illa  
divinis favoribus annumerari pos-  
se, cùm vilitatis tuæ optimè sis  
conscia, & agnoscas bona omnia,  
quæ habes, à Dei liberalitate gra-  
tuitò tibi esse concessa; & hæc so-  
latia eò solùm tibi concedi, ut in-  
dè evadas Deo acceptior. Nolim  
tamen te multum angi ac pertur-  
bari,

FF. 3

Deum

bari, indagando utrum à divino spiritu, vel ab alio profiscantur, Eò potius curam intende, ut sancta, ac ferventia, Dei voluntatem exactissimè adimplendi, desideria gratanter acceptes, & quidquid ei placitum esse cognoveris, opere exequaris. Nam si rerum tibi oblatarum species & imagines, è quibus oriuntur hæc tua desideria, promanant à Deo, implebuntur eodem iuvante; sin ab infero latione procedunt, ipse caput suum franget cum illis; & cùm viderit, se Iudificatione suâ boni operis ansam dedisse, deinceps non audet se erigere, technasque jam semel elusas denuo nectere. Denique sui contemptor non potest facile decipi; & qui Devum sincerè diligit, mala omnia in bona convertit. Quòd si tibi subrepat aliqua mentis elatio; deprime illam timore, ne hæc solatia in temporaneum, bonorum

divino  
scantur,  
ut san-  
ctatem  
desideria  
dquid ei  
opere  
tibi ob-  
s, è qui-  
deria,  
ountur  
fero lu-  
ut suum  
iderit, se  
eris an-  
audebit  
n semel  
enique  
st facile  
è diligit,  
avertit,  
na men-  
more,  
aneum,  
onorum  
bonorum operum prœmium tibi  
dentur, quo illos in terra remune-  
rari D E v s consuevit, quibus, ut-  
pote in gratia sua non persevera-  
turis, nulla in cœlo parata est mer-  
ces. Sed cùm te deiject peccato-  
rum tuorum memoria, ab ejusmo-  
di consideratione mentem avoca,  
animumque erige, confidens in  
infinita D E i misericordia, qui fide-  
lem sibi operam præstantibus non  
sub finem vitæ solùm, sed etiam  
quotidie interiorum stipendia nu-  
merat consolationum. His instru-  
ta solidis firmamentis, impensis  
obsequijs DEI, te consecra: nam  
cui plus datur, plus etiam require-  
tur ab eo. Nolo quidquam, quod  
statu, conditionisq; tuæ est, omit-  
tas; neque tamen etiam debitam  
profectu tui curam neglige. Si  
homini mortali es despota, me-  
mento alterum tibi sponsum im-  
mortalem esse in cœlo; & quem-

FF 4 admo-

456. Epistole quadam.

admodum mariti, domúsq; sedula  
tibi incumbit cura, ita longè magis  
te cœlesti Sponso obstrictam me-  
mineris, ut tuæ conscientiæ, illius  
que obsequijs attentissimè invigi-  
les. Atque hac ratione utriusque  
debito satisfacies, uniúisque perso-  
lutio ad solutionem alterius pluri-  
mùm conducet ; donec divinus  
Sponsus, quando ipsi visum fuerit,  
te in thalamum beatæ quietis in-  
troducat. De his, quæ porrò tibi  
evenient, poteris me certiore-  
facere ; nec tamen ad singula me  
responsurum promitto ; sed tan-  
tum, ubi expedire censuero. De  
his ipsis autem poteris cum con-  
scientiæ tuæ arbitro colloqui. De  
præteritis non arbitror necessariū  
conferre. De vs Dominus noster  
copiosis gratiæ donis te cumulet.

Tuis precibus me unicè com-  
mendo. Salmanticæ, 14.

Junij Anno 1598.

EPL.

EPISTOLA IX.

AD P. RODERICVM DE  
CABREDO.

HORTATVR AD FIDV-  
CIAM IN DEO.

*Pax Christi.*

Patienter ferendum est, quod  
Reverentia Vestra non potue-  
rit venire Salmanticam. Grates  
Deo persolvo, qui omnia ad suam  
majorem gloriam, nostramque  
salutem disponit; ac paternam  
suam Providentiam non in magna-  
rum solùm, sed & exiguarum rerū  
dispositione manifestat. Maximo  
solatio est, quod Deus exactam  
adeò rerum omnium, ad nos per-  
tinentium, curam gerat, & pro suo  
in Reverentiam Vestram amore,  
illi Pervanam hanc expeditionem,  
curamque illius Provinciæ susci-  
piendam ordinârit, designetque in  
dies singulos vias, quas terra, ma-

FF 5 rique

EPI.

rīque Reverentia Vesta obit, ac  
deinceps est obitura. Pericula iti-  
neris maritimi varia, non casu, aut  
fortuitō evenient; quæcunque  
enim accident à D E I omnia opti-  
mè scientis, & pro suo in nos amo-  
re in nostrum emolumentum con-  
vertentis, nutu dependent.

Hâc ergo continuâ divinæ pro-  
videntiæ consideratione, mi Patet  
Provincialis, muniri me velim, ut  
nec in sinistris successibus animum  
abijciam, nec in prosperis debitæ  
gratitudinis obliviscar Verùm ego  
intra cancellos, & in umbrâ hæ  
loquor; sed Reverentia Vesta pro-  
dit in campum, & apertum certa-  
men. In mari discet orare & spe-  
rare; discet altè sentire de mirabi-  
libus D E I, quæ experietur in alto;  
erūntque hæc omnino necessaria;  
quia ex Oceano, vel mari Pacifico  
deveniet in aliud, quod non care-  
bit tempestatibus & alijs molestijs;

ubi,

bit, ac ibi, ne deficiat, unicè necessarium  
ela iti- erit nōsse orare, & sperare in ma-  
su, aut gno D̄o, qui verbo, & hoc, & illud  
inque- mare, quantumvis tempestuosum  
a opti- sedare potest, & Reverentiam Ve-  
samo- stram infestis utriusque periculis  
m con- liberare. Evidem Reverentia Ven-  
tia pro- træ, pro matuo inter nos amore,  
ni Pater offero mea Sacrificia & preces.  
elim, ut Negotiū Domini Joannis transi-  
nimum gam, ut Reverentia Vestrā juberet,  
debitz tanquam rem fratrīs mei gererem.  
im ego D̄s Reverentiam Vestram sal-  
prā h̄c vam, & incolumem, ad securum &  
tra pro- optatum portum ducat. Servi  
certa- obsecro sui in sacratissimis Sacri-  
& spe- ficijs, ardentiibusque ad D̄VM pres-  
mirabi- cibus, assiduè sit memor. Sal-  
n alto: manticæ 6 Julij An-  
cessaria; no 1598.

EPISTO-

## EPISTOLA X.

AD FRANCISCAM  
DE LVNA.TEMPORE PESTIS NON  
TEPIDE VIVENDVM.

**M**ensis & amplius abijt, ex quo Salmanticam discessi, eo animo, ut ingressum à Gubernatore in illam urbem exoraremus; sed factus cautior eo, quod mihi Palentiæ, alijs autem Patribus apud alios Præfectos contigit, jussu Patris Provincialis Villagarcia sub-sisto, dum mitius contagij malum ulterioremi mihi viam aperiat. Gratiæ ago cœli Domino pro ea, quam mihi indulget, laborum vacatio-ne: si tamen fateri velim, quod sentio, non delector quiete, quæ la-boris nihil admistum habet; ve-reor enim, ne Devs eam mihi la-giendo, tepiditatem meam tacite redarguat, eo præsertim tempore, ubi alij Societatis Patres vitam suam



suam mortis discrimini obijciunt,  
peste infectorum confessiones ex-  
cipiendo, eosque ad salutis iter in-  
defessè communiendo. Et quia  
mors tantâ ubiq; violentia grappa-  
tur, tempus neutiquam permittit,  
vitam in tempore traducere; malum  
enim est eo in statu vivere, in quo  
mori non velles. Resume, per Dei  
charitatem te obsecro, distributio-  
nem quinque illarum rerum, quas  
tibi coram reliqui, & mei in tuis ad  
Deum precibus crebram memo-  
riam facio, quod ipsum ego pro  
te frequenter praesto. Villagarciae

22. Augusti 1599. quo tempo-  
re contagio Villagarciam  
nondum inva-  
serat.



EPISTO-

## EPISTOLA XI.

AD P. MARTINVM LE<sup>E</sup>  
VALLEIOHORTATVR AD ACCE  
PTANDVM PROCVRATO  
RIS OFFICIVM.*Pax Christi.*

Felix, faustaque sit recens collata Sacerdotij dignitas. Virtus cœlestis panis ac vini, quibus se quotidie reficit, robur Reverentie Vestre addet ad integrè impletum Procuratoris officium, itēq; quantumvis difficile, haud magno labore conficiendum. Egi quod mearum erat partium apud P. Provincialem, credo & Reverentiam Vestram suis non defuisse. Si igitur P. Provincialis his omnibus insuper habitis ita de Reverentia Vesta constituit, forti animo eruci humeros, mi Pater, subijciat, cāmque ferat, usque dum sub illa cadat,

&amp; mo-

& moriatur; JESVM ducem suum  
sequendo. Illud sibi certò persua-  
deat, et si desolationes, distractio-  
nes & siccitates, & alia pati oport-  
eat in eo munere, tamen ea omnia  
nihil obstat spiritui: quia D E V S  
novit obedientibus per opus, quod  
agunt ex obedientia, idem largiri,  
quod per meditationem & oratio-  
nem affecti fuissent. Quod ubi  
probaverit aliquandiū, ac ne tum  
quidem oneri huic parem se vide-  
rit, licebit necessitatem suam pro-  
ponere P. Rectori; qui verè, uti &  
P. Provincialis, paternum animum  
gerit, atque ad suos juvandos, sub-  
levandosque promptissimum. Ea-  
tamen probatio non obiter facien-  
da, sed omni studio, & conatu, satìs  
ut fiat obedientiæ D e v s Reveren-  
tiam Vestram servet. Villa-  
garciæ 29. Seprembr.

Anno 1599.

## EPISTO-

## EPISTOLA XII.

*AD DOMINAM FRANCISCAM  
DE LVNA.**HORTATUR EAM, NE DIR.  
FERAT AGERE, QVOD  
POTEST.*

**G**ratias Domino nostro, quod  
eam commodiori jam vale-  
tudine uti velit. Sic enim cessa-  
causa me transferendi Salmanti-  
cam, nisi fortè meus hinc discessus  
jam alioqui decretus sit. Suavissi-  
mum mihi certè foret, officia mu-  
tare cum P. Ferrerio, modo à Re-  
ctoris munere, quounque talia  
dem in loco obeundo, absolveret.  
Sed divina voluntas fiat in omni-  
bus, quod precibus meis unicè  
contendo. P. Provincialis, à quo  
pendent omnia, jam est in itinere,  
ac paulò post nobiscum erit. No-  
lim autem, ut inter spes meliorum  
temporum & occasionum, vita-

nobis



nobis transigatur; abrumpat potius inertes moras, & quoad per vires licet, jam nunc aggrediatur; & ut plus possit quotidie, repetitis se ipsam stimulis excitare non desistat. Neque enim dubitandum plus eam posse, quam sibi persuadeat. Qui valetudinarij sibi videntur, actimidis melancholiæ humoribus subjecti sunt, usque eò imaginariâ suâ ægritudine opprimuntur, ut nunquam se ad ardua erigant, nullâsq; prorsus vires habere se credant ad ea, quæ displicantur; satis tamen robusti ad omnia, quæ placent. Esorialibus his ferijs, ut eam à jejunâdi obligatione immunem volo, itâ tempetatiæ studium commendo. Quòd si tamen à gula forte vinceretur, à se ipsa pœnam exigat, oscula aliquot terræ impriendo, aut passis brachijs orationem Dominicam aliquoties repetendo. Diem nullam præterlabi

Gc finat,

gnat, quo non aliquid ex pio libello, & si placuerit, etiam meo, delibet; globulos precatorios, ac Litanias Sanctorum percurrat. Animæ suæ moderatoribus exactissimam præster obedientiam: quod ni fiat, & illorum labor in irritum cadit, & ipsa nullos in virtute progressus facit. Commendet me Domino, à quo peto, ut ipsam servet, & sanctissimo suo amore accendant.

Vallissoleti 7. Martij Anno 1601.

PISTOLA XIII.

*AD P. RODERICUM  
DE CABREDO*

SOLATUR EUM IN MO-  
BILIIS REGIMINIS.

*Pax Christi.*

**I**Ucuodum mihi est, Reverentia  
Vestræ manum, quamvis in  
aliena Epistola intueri; cuius pau-  
ci versus non modicè juvabunt  
bonum hunc Patrem, ad quem  
litt.

literas cum proficuis, si ea acceptare velit, consilijs misit. Gaudebo si ea in animum admiserit, quæ Reverentia Vestra suggestit, utique percommoda. Novi enim Reverentiam Vestram magnam sibi in dirigendis id genus hominibus experientiam comparasse, utpote, qui tot annis superioris munus in Societate gesserit, tantisque animalium, Deo adducendarum, zelo semper flagraverit. Præsertim cum nullum sciam officium, quod ad elaborandum cor crebris adversorum casuum iictibus, majorem afferat opportunitatem.

Gratias habeo Deo, quod me ijs morbis exercere dignetur, qui mihi dant immunitatem à gubernandi muneribus, in quibus una die plures mortificationis causas, & occasiones habui, quam nunc in morbis integer mihi mensis expeditet. Magna est virtus, quam

GG 2 alio-

aliorum gubernatio parat, præser-  
tim si in quosdam difficilioris na-  
turæ cōtingat incidere, qui augent  
onus, quod obsequentes & mori-  
geri allevant. Sed meminerit Re-  
verentia Vestra illius, quod S. Ber-  
nardus Abbatii cuidam, de simili-  
bus ad se querenti, dixit: *Quantum*  
*gravaris, tantum lucraris.* Nunc  
quidem P. suavissime, cum lachry-  
mis seminandum: succedit postea  
tempus, in quo licebit metere cum  
exultatione. Nec dubito, quis si in  
Beatos invidia caderet, olim obli-  
quo oculo in cœlo Reverentiam  
Vestram intuereret, & copiosum  
molestiarum semen hîc jactum,  
ut illic in multam animarum, Re-  
verentiam Vestram suo in cœlesti  
horœcum ingressu stipantium, mel-  
sem exeresceret. Jam verò & gau-  
dij, & piæ cuiusdam invidiæ sensu  
moveor, dum ea perpendo, & Re-  
verentia Vestra hactenus præstitit,

ac præstare etiam num per se verat.  
Rogo proinde benignissimum  
DEVM, ut Rev: Vestram inco-  
lumem suo in obsequio, ad extre-  
mum usque vitæ spiritum conser-  
vet, tanto que amoris, ac divini zeli  
æstu succendat, ut nunquam dum  
spirat, satur, plus semper in amore  
ac sanctimoniaz studio promovere  
contendat; plures DEO animas  
adjungendo, impleat cœlum gloriâ  
DEI sui, ac Servatoris Christi Do-  
mini nostri: qui ut Reverentiam  
Vestram sospiret, etiam atq; etiam  
rogo, precorque demissè, ut idem  
ipsa in sanctis suis sacrificijs pro me  
faciat. De rebus, quæ apud nos ge-  
runtur, edocebunt ij, qui hinc à  
nobis discedunt. Vallisoleti

10. Decembr. 1608.

•SS•

•SS• •SS• •SS•

GG 3 EPI-

## EPISTOLA XIV.

AD EVNDEM.

COMMENDAT HU-  
MILITATEM.

DUAS à Reverentia Vestra accepit, & ne animi demissio-  
nem, quæ in illis elucet, laudem,  
illud dissimulare non possum; eru-  
diri scilicet me à Reverentia Ve-  
stra in virtutis huius exercitio, dum  
illa tantâ modestiâ in eadem instrui-  
tâ me desiderat. Neque refugiam  
ab eo doceri, quem tanta sui co-  
gnitione donatum intelligo; cùm  
ego me ipsum vix in superficie nol-  
le didicerim. Illud etiam Reveren-  
tiæ Vestræ familiare animadverto,  
quod ijs omnibus, qui propriæ stu-  
dent abjectioni, antiquissimum  
est, de se humilia, de alijs non nisi  
sublimia sentire. Sed ut ut sit, mihi  
Pater, ego in hac vita, calamitati-  
bus plenissima, brevius, expedi-

tius.

tiúsque instituendæ in cœlum viæ  
compendium non invenio, quām  
id, quod ab animi demissione no-  
bis præsternitur, omnibus omnino  
emeriendum; majoribus præser-  
tim, quos ità divinus spiritus affa-  
tur: *Quanto magnus es, humilia te in  
omnibus, & coram DEO invenies gra-  
tiam.*

O si D E V S oculos animi nostri  
radijs suis collustret, palamque no-  
bis faciat, quantæque sit sublimi-  
tatis, invenire gratiam in oculis  
DEI, ac in penitorem ipsius fami-  
iliaritatem admitti! Novimus bene,  
quanti in nostra Hispania dux ali-  
quis faciat, obtinere gratiam Re-  
gis, aut ab eadem excidere. Et quid  
rogo deesse potest illi, qui Regis  
cœli gratiam habet? Quod si quis  
ex quo felicitatem hanc æstimare  
nōrit, quo major, eo humilior erit:  
quia quanto humilior, tanto ipsi  
gratior, & familiarior fiet. Est hoc,

GG 4 mi

mi Pater, argumentum ejusmodi,  
quod propriam nobis demissionē  
abunde persuadeat. Sed ex hoc  
ipso in superbiæ meæ notitiam de-  
venio, quod videam conquiren-  
das mihi causas, quæ me nihil mei  
admoneant; cum tamen me effe-  
rendi nullam, deprimendi verò in  
abyssū infirmitatis propriæ, quam  
plurimas habeam. Cæterū si de-  
præcellentia superbia demissioque  
certarent, & æquo rationis judicio  
lis decideretur, nemo sanè super-  
biæ suffragaretur: at verò, ubi simi-  
stri affectus in consilium admit-  
tuntur, causâ cadit humilitas; cor-  
rumpente scilicet æmulâ, varijs  
artibus, arbitrorum judicia. Devis  
ab hac peste nos liberet, ac profun-  
dam contrariæ virtutis in nobis  
radicem figat: à qua vera sapientia  
progerminat, quæ nos ad Visitatio-  
nis, Provincialis, Rectorisque offi-  
cia quam aptissimos reddit. Cum  
enim

enim DEI sit, idoneos nos ad id genus munia efficere, non est quod elatus animus de sapientia sibi ad futura presumat: neque enim, qui sibi fudit, eâ dignus habetur, sed qui Deo; in cuius gloriam refert, quod ab eo gratis accepit.

2. Ego, Pater, binas in corde meo cellas optabam construere, in quibus delitescam, neque unquam ad exteriota progrediar. Unam Dei glorie, divinæ alteram voluntate consecratam: hîc cibum, potum, somnum capiam; hîc vigilijs, precibus, Sacrificijs vacabo; hîc agam cum proximis, hîc meis fungar officijs: nusquam gloriam meam, aut voluntatem quereando, sed abnegando, imò & perimendo, ac suffocando; ut solam majorem Dei gloriam in omnibus consecrer, suavissimæque illius voluntati, semper implendæ studeam fervore, quo à Beatis in cœlo men-

GG 5 tibus

tibus adimpletur. Quòd si & Re-  
verentia Uestra in bina hæc animi  
latibula se se demiserit, poterit in-  
offenso pede omnem Mexici, Pe-  
ru viq; tractum, & quidquid; inac-  
cessi Indiæ, aut recèns inventus  
orbis habet, percurrere, incredibili  
ubique cum fructu animarum.  
Non terrebunt onera officiorum,  
non pericula, casus adversi, mors,  
vana denique dæmonis, ministro-  
rumque ejus machinamenta. Si  
enim in binis istis recessibus consi-  
debit, D E V M secum habebit assi-  
duum; qui copiosis gratiæ suæ flu-  
entis animum identidem irrigabit,  
donec tandem eum, miseræ huic  
vitæ creptum, secum evehat in-  
gloriam.

3. Interponat pro me apud  
D E V M Reverentia Uestra sanctissi-  
ma sua Sacrificia ac preces, ut ge-  
minas hæcæ cellas in me ædificare  
dignetur, ne in mera abeam verba.

De

Dé Reverentia Vestrā certum ha-  
beo, dicere eam non ex vano posse:  
Introduxit me Rex in cellaria sua. Eos  
verò, qui intus jam commorantur,  
pro ijs, qui etiamnum foris ober-  
rant, apud D̄VM instare æquum,  
est, ut & illis accessus pateat. Si ad  
me litteras proximè dare placuerit,  
certiore me faciat de ijs, quæ in-  
medijs maris periculis, cœlesti ma-  
gisterio edoctus est, ut & ego ali-  
quem indè fructum hauriam. De  
me certò sibi persuadeat, nihil  
præter verba me afferre. Quam  
in rem cuperem, ut intima cordis  
mei penitus introspicere illi lice-  
ret; videret sanè quantum hæc scri-  
bendo erubescam. Atque utinam  
omnis ruboris eiusmodi causa  
abesseret, nec ego verba darē solūm,  
sed opera. D̄EVS medeatur huic  
malo. Eundem precor ut Reveren-  
tiā Vestrā mihi, aliisque quam  
diutis.

De

476      *Epistola quædam*  
diutissimè servet in columnem. Val.  
lisoleti 18. Octob. Anno 1610.

EPISTOLA XV.

AD PETRVM DE FIGVERO<sup>A</sup>  
SOCIETATIS IESV.

DE TOLERANDO MAIO.  
RVM TALENTORVM DE-  
FECTV.

*Pax Christi.*

**I**N promptu est responsio ad ea,  
charissime frater, quæ à me  
seire desiderat; si animum ad ea  
reflectam præcepta, quæ Servator  
nobis prælegit in præsepio. Nam  
in præsentia tantæ abjectionis, col-  
luunt omnes rationes vanitate  
subnixæ. Si solis Philosophis, at  
Theologis, ad imitationem Chri-  
sti, perfectionem Christianam,  
culmina sanctitatis, ac sublimiores  
in cœlo sedes accessus pateret, el-  
set sanè commiseratione dignum,

videre

videre quosdam ingenij, naturæq;  
dotibus destitutos, quibus ad hu-  
ijsmodi scientias opus est. Sed al-  
tiora sunt providentiæ divinæ con-  
silia; quæ multis, sibi charissimis,  
eiusmodi dona negavit, ne perpe-  
ram ijs utendo, sibi ipsis ad Christi  
imitationem, virtutisque, ac glorie  
divinæ augmentum impedimento  
essent: non paucis quippe nimia-  
scientia exitio fuit; quia superbiæ  
irritamentum. Quem igitur Devs  
sibi in Societate Filij sui adjunxit,  
ingenij tamen acie ad quasdam  
scientias requisitâ non instruxit,  
is certò sibi persuadeat, non exigi-  
à se, ut in earum studio, DEO, ad  
promovendam ejus gloriam, ser-  
viat. Quare, mi Figueroa, si & his  
operam ab ipso dati voluisset, non  
denegâsset sanè necessaria auxilia,  
quem ad humaniorem litteratu-  
ram itâ probè instruxit. Credat  
igitur, melius fuisse carere illis, quæ  
dene-

denegavit; ut his, quæ dedit, in  
gloriam & obsequia Dei utatu-  
laaciùs.

Ego nullum h̄ic solatium inve-  
nio, nisi in suavissima Patris mei  
cœlestis providentia, cuius volun-  
tatem clarissimè agnosco in ihs o-  
mnibus, quæ mihi absque mea  
culpa denegavit. Quamcunque  
tandem in partem se se converte-  
rit, nunquam in hac vita animi  
pacem, solamen, gaudium, virtu-  
tem, aut verum honorem asseque-  
tur, nisi divinæ voluntati se ac-  
commodeat, & ab ejusdem sacra-  
tissimo arbitrio totus dependeat.  
Atque hinc clypeum mutuare po-  
terit, quo se adversis pravas sug-  
gestiones, & insurgentia unde-  
quaque pericula protegat; hinc  
in tristitia solamen, hinc donum  
perseverantiae, & ad extremum  
gloriarum coronam sibi comparabit.  
Meminerit ad promissa Deo obe-  
dienti.

dientiae, utque hec vita ad divinum placitum, per suos ministros declaratum, exigatur, curet; nec ex indulgentia secum, sed ex regularam potius, ab ipso Deo prescriptarum, tenore agi postulet. Quod enim per vim, aut indulgentiam extorquetur, solidum animo solatium afferre non potest; multoque minus stabilem inducere securitatem. Et quoniam Societatis leges exigunt, ut tempus in ijs sine fructu non consumatur, ad quae per ingenij tarditatem pertingere non licet, sed ad alia potius studium transferatur; quidquid hac in parte moderatores illi indulserint, regulis erit adversum; idq; ob infirmum subditi animum, plus hominum dicta & existimationem, quam iudicatur olim DEI sententiam, reformidantis. His abunde expensis, illud sub extremum admoneo, ut certo

certò secum statuat, DEI voluntatem magis per Superiores, quam per quoscunque consiliarios manifestari. Quare poterit P. Provinciali exponere ea omnia, quæ in corde suo geri animadvertisit, sincerè ab eodem postulando, ut pro suo ipse arbitrio singula disponat, nihil humanis rationibus tribuendo; sed quæ ad majorem Deigloriam, Societatis emolumentum, animæque suæ salutem facere videbuntur, audacter statuendo. Tum quamecumque is in partem sententiam flexerit, eò & charitas tua toto obsequiosæ voluntatis pondere se se inclinet. Aderit tam prompto famulo suo DEVS, & pacem dabit, in qua plenissimè acquiescat. Amen. Vallisoleti 1. Decembris Anno 1612.

*Figueroa hic, Ludovici consilium secutus, eximiam postmodum in humioribus laudem sibi peperit, qui-*

bus  
ac p  
exer  
felic  
dys  
tus  
QU  
D  
stra  
libr  
id,  
qua  
rat,  
tissi

bus etiam ipse totam vitam addixit:  
ac post magna tolerantiae, virtutisque  
exempla edita, in Burgensi Collegio  
felicem mortem oppetit, cuius stu-  
dys per multos annos fuerat Prafe-  
tus.

EPISTOLA XVI.

AD P. FRANCISCUM  
MARTINEZ.

QUID ANXIIS AC PERVER-  
SIS COGITATIONIBVS  
afflito consulendum  
sit.

*Pax Christi.*

Deus omnium bonorum fons  
æternis bonis Reverentiæ Ve-  
stre charitatem compenset, quâ  
librum in Galliam misit; ego etiam  
id, quod literis suis significavi,  
quam primum hominem, qui fe-  
rat, idoneum natus fui, diligen-  
tissimè transmittam.

Afflictam illam animam, de  
HN qua

qua scribit Reverentia Vestræ Christo Domino nostro in quotidiano Missæ Sacrificio , quām possum maximè , commendare studeo: hic enim est locus , ubi eò maiore cum fiducia petimus, quò faciliùs ea impetrari speramus , quæ Christus Dominus noster in hac sui oblatione pro nobis exorat. Quod verò ad curam eius morbi attinet, ægram illam, quantum ex Reverentiaz Vestræ narratione cognovi, ex eo infirmorum genere esse existimo , qui , dum avidius morbi curationem urgent , desiderio suo tardius se personari sentiunt: nam superfluis curis & anxietatibus mali vim non tollunt, sed potius augent , ut tanto difficilior deinde sit eorum curatio. Quare si placere Deo desiderat, uti eam desiderare existimo , ac divinam ejus voluntatem fideliter exequi, certissimò secum statuat,

hanc

hanc DEI voluntatem esse , ut & crucem hanc fortiter amplectatur, & divino ejus beneplacito ad extremum vitæ halitum constanter se conformet. Deinde certò confidat, se non minùs hac ratione pugnando divinæ Majestati placere, quam apud eandem prometeri: neque commissarum olim noxarum , aut superbiæ poenam esse arbitretur hęc certamina, sed certa contra superbiam ac noxas remedia , in quas forsan incideret, si ea, quam optat, pace frueretur. Sic animata in benigni Numinis manus , ac paternæ providentiæ sinum se confidenter proieciat , ità secum ratiocinando; vel expedit me habere pacem, vel non expedit; si non expedit, eam cur petam? Si expedit, eam procul dubio optimus Deus largietur , qui & benefacere amat, & beneficijs nunquam destituit eos,

Hh 2 qui

qui Paternæ ejus providentiæ se  
commiserunt. Tum inter ceteras  
preces, has crebrò interdiu repe-  
tat: *Domine mi, fiat in me, per  
me, de me, & de omnibus rebus  
meis, tua sanctissima, & dulcissi-  
ma voluntas, ab hæc hora sem-  
per, & per totam aeternitatem. A-  
men.*

Quod si senserit vehementio-  
rem cogitationum insultum, qui-  
bus eam Reverentia Vestra novis  
vexari, non passis, ut ajunt, bra-  
chijs eas artipiat, sed ab se reij-  
ciat, repetendo prædictam ora-  
tionem ac resignationem: vel, si  
fortè longior videatur, illam ex  
Oratione Dominica accipiat: *Fiat  
voluntas tua, sicut in cœlo, & in  
terra: præterea crebrò recordetur  
sanctæ Catharinæ Senensis, quæ,  
cùm in simili cogitationum con-  
flictu se reliquam esse à Domino  
cogitaret, falli se vehementer.*

depre-

deprehendit, dicente ipsi Domino:  
Filia, tecum eram: alioqui tu in-  
illa consensisses, à quibus tanto-  
pere abhorres. Atque in huius-  
modi casibus plus generosa in-  
D E V M fiducia, quam animi an-  
xietas ac perturbatio meretur: nā  
sicet propriæ infirmitatis consci-  
entia plurimū deprimat, con-  
cepta tamen de misericordia Nu-  
minis confidentia magis erigere  
dejectum animum solet. Deinde  
illud diligenter cavendum ei, qui  
hujus animæ curam gerit, ne illa  
ciborum somnique nimia subtra-  
ctione ac scrupulis, & quæ indè  
multum augetur, melancholiâ in-  
firmum alijs corpusculum magis  
conficiat: quin expedierit aliquan-  
do adigere ad assumēdam aliquam  
corporis relaxationem, quæ men-  
tem tantisper à molestis cogita-  
tionibus avocet. Juverit quoque,  
si præter ordinem ad sacram Syn-

H H 3 axin

axin accedendi quandoque potestas fiat; indè enim, cùm anima se melius disponat, accessura videlicet ad præsens ejus mali, quo premitur, remedium, peculiare miseriæ suæ solamen sentit: deinde crescit fiducia erga illum, à quo dirigitur, utpote, qui sic misere afflictam non aspernetur, sed potius incitare studeat. Profectò si crederet, D e o se placere in eo, quod patitur, nec doleret, nec eas, quibus premitur, anxietates sentiret. D e u s Dominus postea illam adjuvare dignetur, & Reverentiam Vestram conservare in columem. Et quoniam id in me libens suscipio, ut afflictam illam D e o commendem, gratum mihi fecerit Reverentia Vesta, si eidem dixerit, sufficiens mihi pretium repensum iri, si illa vicissim id mihi præstiterit. Vallisolcti 2. Iunij Anno 1617.

EPISTO-

PISTOLA XVII.

AD EUNDEM.

SPIRITU BLASPHEMIAE  
TENTATO QVID SVA-  
DEN DVM.

*Pax Christi.*

**V** Alde indignatur diabolus Religiosæ illi animæ, quod memoriam Dei in se conservet: quādoquidem eam disturbare conatur, multitudinem blasphemiarum ac temptationum horribilium ingerens: quo enim odio ipse in Deum flagrat, eo etiam alios erga illum affici vellit: hinc cūm aliquem eximio Deum amandi desiderio teneri conspicatur, suos quamprimum dolos expedit, tenebras offundit, varias eisque terribiles illi imagines representat; quia plus non potest. Verum hæc sola causa, quod malo spiritu

Hh 4 tui

tui doleat suos conatus frustrari,  
sufficiens est, ut suggestiones eius  
non curet, sed perinde, ac si nihil  
earum imaginationum adesseret,  
pergit in opere quod habet præ  
manibus, vel Symbolum Apo-  
stolorum, Orationem Domini-  
cam, aut aliquid simile recite.  
In animum revocet dictum illud  
sanctæ Theresæ de J E S V; omnes  
has turbas tantum per suburbium  
animæ nostræ transire, ad ipsa  
Spiritūs penetralia non pervenire;  
hærere in limine aut atrio, non  
tamen aditum habere ad aulam,  
intimumque conclave, ubi con-  
junctus DEO suo spiritus habitat;  
& licet excitare tumultus possint,  
inferre tamen damnum non pos-  
se; quin ex eo, quod amore DEI  
fortiter toleratur, bonum profe-  
ctus proprij magis promoveri.

Si Tyrannus, aut crudelis Hæ-  
reticus pro eo odio, quo in Chri-  
stum

stum Servatorem nostrum fertur,  
blasphemias adversus Deum, atque  
Unigenitum ejus Christum Do-  
minum nostrum voces proferre  
ei suaderet, omne id, quod san-  
cta Fides nostra docet, meram  
imposturam esse dictitans; ne illa,  
si fortiter ei resisteret, minasque  
& consilium rideret, copiosum  
Fidei sua præmium mereretur;  
atque hoc honore aliquod Chri-  
sto Domino nostro gloriæ incre-  
mentum afferret, qui utique  
novit illum liberaliter remunera-  
ti. Idem profectò per imaginatio-  
nem molitur Dæmon: quare si hec  
Religiosa eum contemnat, & con-  
stans adversus eundem stet, ma-  
gno utique Deum ac Servatorem  
nostrum, ejusque sanctissimam  
Fidem honore afficit: unde in ea  
perseverans insigne tandem præ-  
mium consequetur. Deus illi, ac  
omnibus nobis perseverantiam,

H H s largia.

lægiatur. Si minus appositiæ ad  
consulentis necessitatem locutus  
sum, moneat eam Reverentia.  
Vestra, raro Medicum tam felicem  
esse, ut ad absentis infirmi affe-  
ctum satis aptum remedium præ-  
scribat. Dominus noster, qui est  
ubique præsens, defectum meum  
supplere, & Reverentiam Vestram  
custodire velit. Vallisoleti 27. Junij  
Anno 1617.

## EPISTOLA XVIII.

E I D E M.

QVID CONSULENDVM  
SCRUPULOSO.*Pax Christi.*

**P**erferrit vitam P. Balthasaris'  
Dominus Luisius de Oscariz:  
Feci quod potui, non potui quod  
volui. Videtur is mihi talém vitæ  
consortem invenisse, qualém ex-  
optare debuerat: nec dum tamen  
abjecit scrupulum de voto, quo

se Religioso statui, ut ait, in morbo devovit; licet eorum, quibus conscientiam suam credit, auctoritate liber ab hac sollicitudine esse jussus sit, eò quod votum non esset, quo semet obligasse arbitratur. Et sanè, quantum ego quidem novi, non expedit ipsum Religionem ingredi, etsi certus esset, se voto esse obstrictum: quanto igitur magis, cum de voto ita sit dubius, ut neutquam se possit resolvere. Amore Christi rogo Reverentiam Vestram, ne permitat ipsum repetere confessiones preteritas, sed confiteri singulis hebdomadis, & alternis sacro Panis se reficere; vel sèpius, si ita videbitur. Finita confessione si redierit, nequaquam audiendus, sed ad sacram Synaxin sumendam urgendus est: certum enim mihi est, cum nulli eorum assentiri, quæ dictitat. Non abjectiat animum.,  
nec

nec à præscripto ſibi ordine diſce-  
dat, quia non eſt exiguus fructus  
ită occupari: nam ſi à labore non  
ceſſet, ſed in eo perſeveret, cer-  
tum tandem à Deo auxilium ſen-  
tiet: quia hi tales dum pugnant,  
cadunt, resurgunt, tandem à di-  
vina misericordia ad bonum fa-  
lutis ſuæ portum perducuntur.

Patri Rectori me intimè com-  
mendet Reverentia Veſtra, tum  
etiam P. Pimentel, & P. Vasquez.  
Dominus noster in omnes copio-  
sum ſuum ſpiritum effundat, &  
Reverentiam Veſtram ſervet.

Valiſſoleti 22. Julij

Anno 1617.



EPITO-

EPISTOLA XIX.

AD MARIAM LOPEZ, QVÆ  
CVM SANCTITATIS  
fama obiit.

JN QUONAM SUUM IN  
SPIRITU PROFECTVM  
CONSTITVERE DE-  
BEAT.

Dominus noster sui amorem  
sanctum, purum, fortem,  
& ad mortem usque constantem  
tibi largiatur. Ex literis tuis vi-  
deo, quod hactenus procedas,  
sicut ad majorem tuum profectum  
optabam: quem constituas velim  
tam in agendo summa cum cura-  
ea, quæ Christus Dominus noster  
in Lege sua & Scripturis præcipit;  
quam in patiendo adversa quæ-  
cunque forti, & conformato cum  
divina voluntate animo, dum-  
modo sine propria culpa eveni-  
ant. Si Parochus sacræ Eucharis-

tit

ſtiæ ſumendæ facultatem neget, ſuffer cum silentio: ſi intra hebdomadem audiendi Sacrum non fit occasio, æquo animo feras, magno deſiderio ſacri Ferculi paticeps fieri ſtudeas, ac diuino Sacrificio mente interſis. Si idem jufſerit, ne loquaris cum ſuis Paſtacianis, ei in silentio pare, & quia ſæpe locuta es cum ejus aſſillis, nunc ſæpius diuitium colloquium expete, ac precibus Deo commenda ſalutem hominum, neceſſitates Eccleſiæ, & ut impediatur tot ſceleta, quæ in diuinam Majestatem committantur. Hic zelus viſcera moveat, hie animum in gemitus, & ardentem ad D E V M preces compellat, ut divina Bonitas Concionatoribus & Confessarijs, in animarum curam intentis, vires, & gratiam da re dignetur. Tu verò te intra terrenos tuos contine; quia concionandi

nandi munus tibi Devs non com-  
misit. Si quis igitur afflictus o-  
pem & consilium petat, præbe, si  
potes: ab ijs autem abstine, qui-  
bus haec tenus assueveras. Nam si  
divinæ sapientiæ aliud placuerit,  
bene noverit res ita disponere,  
ut suum hac in re beneplacitum  
innotescat.

Circa promissam huic vel alteri  
Sacerdoti, præsertim absenti, obe-  
dientiam, non habeo, quod re-  
ponam; nisi quod D<sup>e</sup>o & Con-  
fessario præsenti obediendum sit,  
& cum eo animæ suæ rationes  
conferendæ. Mane Astorgi, cùm  
non procul habeas virum sanctum  
ac doctum, quem consilij causâ  
frequenter accedas & audias.

P. Prior, qui dixit se multum  
timere de tuo agendi modo, &  
quòd, si quid dignum in te de-  
prehenderit, te sacro officio si-  
traditurus ad flamas, est, qua-  
lem

lem esse oportet, vir magnæ sapientiæ, ac de salute tua multū sollicitus. Quare dicas ei: Pater, si quid in me deprehenderit, quod divinæ Majestati displicet, mone-re velit; abijcam omne malum & imperfectum, & ipsamet igne divini amoris comburam. Mihi crede, vera animi submissio, ad-versorum tolerantia, & præstitia Ministris Dñi obedientia, ea sunt, quæ ut latenter, ita securius salu-tis negotium conficiunt.

Hæc verò desideria, & zelum alios docendi, meritò pro suspe-ctis habe; & sic non eris ulli petra scandali. Si videris aliquem indi-gere auxilio, dicas ei, qui potest ju-vare: vel **DEO** illum commenda, ut ipse adjuvet. Si quid verò in te remedij esse arbitraris, quo alterius malo mederi possis, fac id cum sub-missione ac debita mederatione animi, atq; in hoc alterius judicio

re

te accommoda. Aliud quod scribam, non habeo, nisi ut in precibus tuis mei sis tremor. Hyems haec malè me tractat, multumque debilitat: voluntas Domini nostri in omnibus, & per omnia fiat. Amen. Vallisoleti 11. Januar. An. 1620.

EPISTOLA XX.

P. LUISIO HENRIZUEZ.  
CONTRA IMMODERATAS  
CORPORIS AFFLITIONES,  
ET SUSPECTAS APPA-  
RITIONES.

*Pax Christi.*

**L**egi bene longas Reverentiae vestrae, quantumvis debilis & infirmus. Ancillæ, cui incumbit lavare pannos, mundare ac facere omnia, quæ domi sunt necessaria, tot & tam rigidæ poenitentiæ, tot cilicia setacea & aculeata, tot jejunia in pane & aqua, quies nocturna in vestibus, trium horarum matutina oratio, tres in hebdomade, vel

J*esu* quatuor

quatuor Cōmuniones, &c. eò spe-  
tare videntur, ut vel morbum le-  
talem sibi conciscat, vel diuturnū,  
quo adigatur ad Nosocomiū. Nec  
sanè video, quomodo muneri suo  
satisfaciat, nisi sūma cum difficul-  
tate, licet præ cōsolationibus eam  
non sentiat. Non semper à bono  
spiritu est, præsertim in talibus per-  
sonis, ille in tantos rigores impul-  
sus: sed sæpe mali spiritus fallacia  
est, ut fractis viribus hominis sani-  
tatem pessundet. Neq; inde securi  
esse possumus, quòd multa verè  
suggerat; nam inter tot vera una  
periculosa falsitas latere potest. Be-  
ne faciet Reverentia Vestrā ei sua-  
dendo, ne hoc cum D E O collo-  
quium experat, sed potius deprece-  
tur. Quòd enim illa dicit, D E V M à sē  
nonnulla quærere, & ad subeundas  
huiusmodi pœnitentias hortari; ac  
se quædam vicissim ex D E O scitari;  
& singulari solatio ex ejus aspectu  
perfundi, videtur & illa, & Reve-  
rentia

rentia Vestra pro certo supponere,  
Dominum nostrum esse, qui ei ap-  
paret, & loquitur. Verum admo-  
nenda potius fuit, ut eis alloquijs  
ac visionibus resisteret, quantum  
posset; & avocanda ab omnibus,  
quæ spiritus ille imperat; nec tantæ  
pœnitentiæ, aliisque impertinentia  
illi permittenda: si enim Reveren-  
tia Vestra illius Spiritus ductum  
sequatur, & Reverentia Vestra, &  
illa regetur ab eo. Quare eam ad  
suavem, ac facilem vivendi nor-  
mam reducat: & quia dotem non  
habet, ut in Religiosum Ordinem  
possit admitti, profuerit ad magis  
colligendum animum, Religiosæ,  
& à probatis moribus commendatae  
personæ, operam suam addicere:  
nam in quibusdam Religiosarum  
fœminarum cœtibus, ætate pro-  
vectiores utuntur ancillis, quæ iplas  
à molestis occupationibus suble-  
vent. Demum quia P. Rector valde  
bene judicat de his rebus, ut mihi

J 1 2 constat

constat; expediet ipsum de his ceteris facere; qui cùm sit ad manus, poterit illa cum eo agere, ut, quod ipse suaserit, exequatur: Nolim ego detinere currentem, si à Deo impellatur; neque incitare, si proprio spiritu agitur, spiritualibus delectatiunculis inescata. Deus det lucem suam, & Reverentiam, Vestrām conservet. Vallisoleti 17. Febr. Anno 1621.

## EPISTOLA XXI.

AD P. LVISIVM DE ROA.  
HORTATUR EUM AD  
OBEDIENTIAM.

*Pax Christi.*

**S**CIRE aveo, an Rev: Vestrā liberata sit à febri & periculo: quāvis ob magnam debilitatē tardius cōvalescere poterit. Per placēt mihi bona proposita Rever: Vestrā. Exequatur ea cum resolutione, ac promptitudine animi, obeundo munus, quod ei obedientia impo-

net,

P. Ludovici ad diversos. 507  
bet, sive docendi, sive aliud agendi,  
quocunque loco, ac tempore, Su-  
perioribus visum fuerit; non agen-  
do per propositiones (multa Superio-  
ribus proponendo) nisi forsan hoc  
exigant: & tunc id fiat, sine ulla in-  
ordinata affectione, aut in alteru-  
ram partem animi propensione.  
Hoc si faciat, obtinuit desideriorū  
suorum metam, & cùm alias iterū  
ad arma vocabitur, optimè se Re-  
verentia Vesta cōtentam sentiet,  
præsertim si legerit caput 23. Tho-  
mæ Kempensis in lib. 3. de quatuor  
magnam importantibus pacem:  
*Stude, ait, alterius potius facere vo-  
luntatem, quam tuam. Elige semper  
minus, quam plus habere. Quare sem-  
per inferiorem locum, & omnibus sub-  
esse. Opta semper, & ora, ut Voluntas  
DEI integrè in te fiat, &c.* Deus  
Reverentiam Vestram servet.

Vallisoleti 30. Aprilis.

Anno 1622.

J 1 3 EPL

EPISTOLA XXII.  
AD D.PETRVM DE REYNOSO.  
SOLATUR EUM IN AD-  
VERSI S.

**N**ON levem animo cōsolatio.  
nē ex literis tuis accepi, cūm  
intellexi, sedatas esse tēpestates ac  
turbas, quibus jactata fuit fundatio  
Gonventūs Recollectarū Palentie.  
Verè digitus Dei hic est: Progno-  
stica sunt tam persecutio[n]es prēte-  
ritæ, quām præsentia bona initia,  
magnorum bonorum, quā Domi-  
nus noster ex hoc Cœtu colliget, &  
incrementorum gloriæ Dei, qui  
delicias suas in huiusmodi hortis,  
ac velut cōstiyis, invenit. Placuit mi-  
hi consiliū tuū, citò perficiendi, ut  
religiosæ illæ animæ tāto maturiūs  
suis limitibus inclusæ cōtineantur.

Molestiæ tuæ, quibus te premiāis,  
magno affecerunt me sensu. Bene-  
dictus Devs, qui te ducere vult per  
vias quidem fastidiosas, ipsi tamen  
haud

haud invisas: siquidē & Apostolus  
per easdē incessit: foris, ait, pugnæ,  
intus timores. Et Sanctus Sanctorū  
se tam in corpore, quām animo ita  
ærumnis constrictū vidit, ut exclamārit:  
*Salvum me fac, DEVS, quoniam  
intraverūt aquæ usq; ad animam meā.*  
Et in cruce: *DEVS meus, DEVS meus,*  
*ut quid dereliquisti me?* Videris tibi  
derelictus, sed Dominus tui nō est  
oblitus, utpote, qui in manibus suis  
descripsit te: quia Servator ipse in  
etate præsentes habuit tuos labo-  
res, eosque æterno Patri obtulit, ut  
vires tibi ac robur ad eosdē ferēdos  
largiatur. Quare omnes tuas mole-  
stias unum in fascem colliga, eāsq;  
Salvatoris nostri ærumnis atq; la-  
boribus junctas, Deo repræsenta-  
certā spe fretus, non defuturū ejus  
auxiliū, donec olim dicere possis:  
*Transivimus per ignem & aquam, &  
eduxisti nos in refrigerium.*

Non est exiguis defectus, carere ho-  
mine, quicum tua communices: sed ab  
hominibus derelicto divina gratia non  
deest.

§ 04 . Epistolæ quædam P. Ludovici &c.  
deest. Cave autem valetudinem tuam ne-  
gligas, quam salvam esse cùm tua, tum  
aliorum interest: tuâ quidem, ne labori-  
bus succumbas; aliorum vero, ut serven-  
tur, ac si quæ orientur difficultates, com-  
ponantur. Ego, si quid hinc præscribere  
possem, & ordinare, hoc in primis ordina-  
vero & præscripsero, ut quoad ea, quæ  
valetudinem tuam concernunt, obedias  
illi Famulæ Dei, quæ domus tuæ curam  
gerit: si enim absit, qui tui curam gerat,  
brevi te consicies; & si te non increpet,  
parum proficiet, quisquis te curaverit. Si  
quid per literas mecum communicare  
velis, respondebo promptissimè. Domi-  
nus noster copiosum tibi Spiri-  
tum largiatur. Amen.

*Omnia ad maiorem DEI gloriam.*

---

ERRATA SIC EMENDANDA.

Pag. 92, v. 4. usquā, lege. unquā. ibid. v. 6.  
æquè. l. ægrè. p. 159. v. 12. Atde. l. Vre.  
P. 165. v. ult. non. l. nostra. P. 171. v. 7. à fine.  
quia. l. quin. P. 175. v. 3. à fin. hoc à ei. l. hoc ei  
P. 188. v. 5. meliorem. l. meliora. P. 289. v. 8.  
à fine, pene. l. pæne. P. 314. v. 4. à f. quod.  
l. quo. P. 358. v. 14. uerè, l. verò. P. 362.  
v. 5. sepelierunt. l. sepelierint. P. 372. v. 3.  
anno 1624. l. 1626. P. 390. v. 7. à fin.  
orationem. l. rationem. P. 471. v. 12.  
quantæque, lege, quantæ,

vici &c.  
tuam ne  
tua, tum  
ne laboria  
at serven  
tes, com  
æscribere  
s ordina  
l ea, quæ  
, obedias  
e curam  
m gerat,  
ncrepet,  
avetit. Si  
unicare  
. Domi  
piti-

oriam.


NDÄ.  
ibid. v. 6.  
de. I. Vre.  
7. à fine.  
i. I. hoc ei  
. 289. v. 8.  
f. quod.  
d. P. 362.  
372. v. 3.  
7. à. fin.  
71. v. 12.











Th  
2487